**22** Aliquando tamen non obstante significacione vocabuli, non continebunt' feudalia vel emphyteutica sub nomine hereditatis vel bonorū, ex aliqua ratione particulari quæ ita suadet, ut tradit Bart. in l. item videndū, §. fin. ff. de petit. heredi. Alex. in d.l. Si patroni. et ita pcedit tex. in d.c. in generali, et quæ ibi tradit Math. de Afhic. ita etiam eleganter cōprobabis quod scribit Io. Cro. in l. Sic ostente num. 26. ff. solu. matrimo. qui hæc nō aduertit: & non est nouum aliqua ex defectu intentionis non cōprehēdi in dispositione generali quæ tamen quoad verba sunt eorū de quibus loquit' ipsa dispositio, vt in l. obligatione generali. ff. de pignor. & alibi sæpe, facit l. item apud Labeonem .§. ait prætor. ff. de iniur. ibi, quæ notabilia specialiter, Optimus tex. in l.

Siquis ita. 16. §. si quis cū ignoraret, .ff. detestam. tutel. ibi licet nomen, **23** & ibi quia non sensisset. In quaestione autem d.l. Si vnquam. crediderim. l. illā procedere etiam in bonis feudalib. uel emphyteuticis, si fuit vera donatio ex parte eius qui liberos postea suscepit, ita vt nouus professor principalis ab eo habere dicatur, tūc enim militat ratio legis, militant etiam verba, cum & hīc proprie de bonis agatur, ut pbaui. Vbi autē in casu. d.l. Si vnquam, bona illa alteri obuenient magis ob nouam cōcessione domini directi, vel alia causa quæ maioris pōderis sit. quām renunciatio & voluntas illius qui liberos suscepit: aliud dicendū erit, quia tunc possidens non dicetur habere ab eo: ex ijs quæ trademus in l. cum multa. infra tit. sequent.

**24** ¶ Decima conclusio in hac materia sit, quod iura & actiones, licet propriè dicantur bona, cōstituunt tamē bonorum speciem diuersam à mobilibus & immobilibus: nec propriè dicuntur mobilia vel immobilia, vt colligitur ex Iurecons. in d.l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. ex tex. ad hoc celebri apud Doct. in l. quam tuberonis §. in peculio. ff. de pecul. ibi, res mobiles & soli, & ibi hoc amplius nomina debitorum, & ita antiqui Doc. tradebant, vt refert Bar. in l. potest. ff. de author. tutor. Bar. in l. mouentiū. ff. de verb. signi. & ibi notanter lateq; Alberi. Et hæc est recepta theorica, vt tradit Alex.

in d. §. in venditione, in i. nota. id ē Alex. in l. i. nu. 9. ff. de vulga. & pup. & in multis consilijs quæ citat Ay- mon. consil. 213. ad fin. Alex. consil. 45. nu. 8. libr. i. & idem in consil. 24 lib. 6. Guid. pap. q. 291. Deci. in d. l. i. in 2. lectu. nu. 8. ff. si cert. peta. idem Dec. in consil. 414. nu. 11. Panormit. in c. nulli, nu. 9. de reb. eccles. Negu zan. de pingorib. in 2. part 2. memb. nu. 9. & latissime more suo Tiraq. de retract. ligna. §. i. gl. 7. nu. 9. vbi refert Ias. in varijs locis hoc extollen tem, aliosq; numeros Doct. Et licet eos dicat in hoc variare, tamen hæc est recepta sententia, & quidem ve- ra ex illis iurib. maximè. d. §. in pecu lia, & suadetur ex eo, quod iura & actiones naturaliter & ex usu loqué di manifeste separantur a rebus mo bilibus & imolib. vt ex Oldr. tradit Alberic. in d. l. mouétium: Et in his præcipue atenditur usus loquédi & mens disponentium, l. quintus .§. i. ibi, non facile quis computat, ff. de aur. & arg. lega.

25 Ex qua doctrina infertur non recte loqui fuisse glo. in l. fin. C. in quib. cauf. in integ. restit. non est neces. in verb. querere, vbi indistincte numerabat actiones inter immobilia, per text. quem male adducit in l. ait præ tor. §. i. ff. de iur. deliber. & contra gl. in hoc est tex. in l. potest. ff. de au tor. tuto. dum sine prætore permit tit distractionem actionum mino ris. Inde etiam infertur errare Nota rios, & alios putantes plus contine

ri sub verbis, mobilium & immo bilium simul, quam sub verbo bono rum: & ita ex inani verborum super fluitate sæpe nocent. Cauebis ex inde etiam à variatione glo. & Alex. ad Bar. in d. l. mouentium. Sic & ab alijs aliter variantibus, vt refert Ti raquel. d. §. i. glo. 7. nu. 6. 7. & 8.

Hinc infertur quod in donatione vel reliquo bonorum mobilium & immobilium nō continebuntur iu ra & actiones: ex Bart. & Doctor. in locis sup. citatis, Bart. expressim, cō fil. 50. idem Bart. in l. fin. nu. 4. versi. quæro. ff. de usufr. lega. & Ias. in d. §. in venditione nu. 7. & in cōfil. 5. lib. 3. & Guid. Pap. d. q. 261. Deci. cōfil. 237. col. i. & in d. l. i. in 2. lectu. nu. 8. ff. si cert. peta. & Benedict. in d. verb. cætera bona, nu. 25. Gomes. in d. §. omnium, nu. 22. & in statuto i casu notabili latè tradit Corn. cōfil. 104. ex nu. 19. lib. 2. Marian. Socin. iunior consil. 115. col. i. lib. i. Capel. Tolos. & ibi Aufrer. q. 315.

26 Inde infertur ad quæstionem su perius tactam, quando publicantur seu confiscantur mobilia & immo bilia, dicunt enim plures non publi cari iura & actiones: vt ex Bal. An gel. Imol. tradit Alex. in l. si consta te. §. fin. nu. 9. ff. solut. matr. Idem di xerunt Guadin. & antiqui, quos refert Tiraq. d. nu. 9. post prīc. ubi hoc commiscet alijs materijs, & videtur vt receptum tradere: ita etiam negu zan. de pigno. 2. par. 2. memb. nu. 10. Cerier de primoge. lib. 2. q. 9. nu. 3.

Alex.

Alex. in terminis in publicatione bonorum cōsil. 244. lib. 6. vbi addit idē esse quamuis publicatio fiat cum si gnovniuersali omnia bona, vt si adiūciatur mobilia & immobilia, non veniant nomina debitorum. Idem quē est de mente aliorum quos Tiraq. citat & hic allegamus: Et cōprobatur ex Bart. & alijs citatis nu. proximo, & ex inferius adducendis, qui in proposito asserunt idem esse in dispositione indefinita quod in vniuersali: & probatur ex iurib. quæ adduximus super in. 7. conclu. circa. l. Caius. ff. de lega. 2. Et hæc opinio videtur planè tenenda in publicatio ne & sic in materia pœnali & restrin genda, cum idem cōmuniter à Do tor. tradatur in donatione & legato, & sic in materia favorabili: vt vi deatur procedere argum, à fortiori. Et tenendo hanc opin. in cōfiscatio ne, sine dubio dicas nihil referre an sententia loquatur simpliciter de bo nis, an generaliter de omnibus bonis vt Alex. tradit in d. consil. & est de mente aliorum: in quo minus bene contrarium scribit Moline. ad Alex. d. consil. in vlti. additio. adducens malè Tiraquel. qui id non scribit: & debebat Alex. in d. cōsil. citare Alberi. in. 3. part. statu. q. 13. vbi idem con cludit in publicatione & statuto pœnali, ne veniant iura & actiones cū agitur de bonis mobilibus & immobi lis, & ita Neguzan. de pignor: in 2. par. 2. memb. num. 10. audiens

**27** Vnde infertur errasse grauiter Chas

sane à quo cauendum est in consuetud. Burgun. in Rubri. 2. §. 1. nu. 14. fol. 94. col. 3. qui dicit quòd in confis catione bonorū mobilium: veniūt iura & actiones quæ mobilibus dicit æ quiparari, & asserit id à Docto. tradi. quod posset lectorem fallere. Doctor. enim communiter contrarium scripserunt, vt vides, cum iura & actiones separent à mobilib. & immobilib. & in confis catione etiā omnium bonorū mobilium & im mobilium, non accedant alteri ex il lis spetiebus secundum Alexand. & communé, & ita in legato mobiliū consuluit Alexā. quē sequitur Deci. Consil. 381. num. 5. & consil. 237. & Oldrad. consil. 219.

**28** Sed aduertēdum est, quod in pu blicatione bonorum, si sententia lo quatur de mobilib. & immobilib. in casu quo de iure omnia bona confis cantur, videtur sententia intelligen da secūdumiuris decisionem, vt tūc veniant iura & actiones, qui amili tat regula. d. l. si ademptis. C. de sen ten. pass. q̄ voluit Moline. ad Alex. d. cōsil. 244. libr. 6. & tunc potest di ci quod pars bonorum trahit totum exdecisione legis, nec est cur relin quantur nomina debitorum ei cuius bona mobilia & immobilia pu blicantur: sed etiam in statuto loqué te de pœna mobilium & immobi lium loquitur Alberi. d. q. 13. argu ens ab odio pœnæ per. l. sanctio legum. ff. depœn. & sic non est tuta de claratio Moline. nisi in casu aperte deciso

deciso aliquo lege cōfiscante oninia bona delinquentis, ad quam legem referatur sententia, ideoq; secundū illam debeat intelligi, iuxta.l.5.§.si iudex. ff. de re iudica. cum similibus.

Hinc etiam ex hac decima conclus. infertur ad obligationem & hypothēcam, in qua quotidie errant Notarij adjicientes verba illa mobilia & immobilia, quia tunc ex proximè adductis non venient nomina debitorum, vt in spetie dicit Angel. Aret. in. §. 1. Institu. de inutil. stipula. & alij quos citat Tiraquel. d. §. 1. glos. 7. num. 9. Neguzan. de pignor. in. 2. part. 2. memb. num. 9. limitādo id notanter in casu quem tradit No uell. de dote. 6. part. priuileg. 68. &

29 Neguzan. 4. membr. 2. part. nu. 84.

Sed in hypothēca posset teneri contra Docto. vt in obligatione bonorum mobilium & immobilium 30 veniant iura & actiones, quia est minus prējudicium, & quia mens contrahentium de omnibus bonis est, & illa adiectio Notariorum fit ex stylo, ideoque non debet restringere quod contrahentes volunt, argu. do & rinæ Bart. in. l. 1. nume. 10. in fin. ff. de iur. codicil. & quia in conuentiōnibus nō tam proprietas verborum quām mens contrahentium atten- didebet, vt in materia dicit. l. final. C. quæ respigno. obligat. poss. & in proposito notat Deci. consil. 472. num. 10. pulchrè Iurecons. in. l. in cōuenitionibus. 219. ff. de verbo. signi. vbi ponit exemplum ad quod non

solent aduertere Docto, qui alibi in distinctè excludunt successorem particularem, quem Iureconsul. ibi admittit, quod alio loco explicabimus Pro hac noua opinione facit regula illa iuris, quòd inducta ad augendū non debent afferre dimisutio nem & econtra. l. legata inutiliter. ff. de legat. 1. cum alijs. Facit etiam quod not. Paul. Castré. in d. l. quam Tuberionis. §. fina. ff. de pecul. vbire fert se ita consuluisse. Nec esset nouū vt verbum generale, bona, quod pre cedit, non restringatur ex illa adiectione mobilium & immobilium, argum. tex. vbitalè Bart. in. l. quæsi tum. §. fina. ff. de fund. instruc. de quo notabiliter agit Mathæ. de Af flict. in Decisio. 106. & Rip. in. l. cum filio, nume. 57. ff. de lega. 1. & in hoc posset adduci quod in simili scribit Fulgos. in. l. 1. ad fina. C. si aduers. trā fact. vbi agit de quæstione quæ erat inter duos filios quos pater instituit. alterum in mille, alterum verò in bonis mobilib. & immobilib. & contendit Fulgos. tunc quòd hic filius obtinebit etiā nomina debitorum, ex verò simili mente testatis, qui as signando certam quantitatē vni, & alteri mobilia & immobilia, vide tur sensisse de omnibus bonis non ex ceptis iuribus & actionib. Quasi omnia bona huic dare videatur exceptis mille quæ specialiter & limitate alteri relinquit, quòd autem à mobilibus & immobilibus separentur iura & actiones est restrictio quæ fit

ex iuris subtilitate, aliudque videtur tunc suadere mens testantis, quæ magis attendi debet secundum Fulgo-  
si. quem male refert Corne. d. consil. 104. nume. 21. lib. 1. & Socin. Ne-  
pos. d. consil. 115. col. 1. lib. 1. Et ita in  
simili quod mens disponentis præfe-  
ratur significationi mobilium vel  
immobilium tradit Deci. consil. 381.  
num. 5. quibus adde doctrinam tex.  
in. l. quisquis. ff. de verb. signi. & d. l.  
in conuentionibus. ff. eod. & ita in ob-  
ligatione tentamus aliud dicendū,  
quām in donationibus & legatis, vt  
etiam in alio sit differentia inter illa  
per Bart. in. l. si ita. ff. de aur. & argē.  
legat. & in alijs, vt ex Bald. Gomes.  
Crot. tradit doctiss. Couas. Ruu. li-  
br. 2. resolut. cap. 5. num. 2.

31 Vnde decima conclus. sit ad amplia-  
tionem præcedentis, vt illa qualitas  
vel adiectio mobilium & immobi-  
lium restringat nomen bona, quām  
uis exprimatur cum signo vniuersali  
omnia, vt est de mente omnium su-  
perius citatorum: & ita in specie tra-  
dit Bart. d. consil. 50. loquens de lega-  
to per verba generalia & vniuersalia  
& gemminata, vt etiam tradit  
Iaf. in. d. §. in venditione, & fortius  
tradit Deci. consil. 237. num. 1. & ita  
cum signo vniuersali loquitur deci-  
sio Capel. 315. Aimon. referens plu-  
res in Rubr. ff. de legatio. 1. num. 72.  
& ita sentire Doctor. communiter,  
colliges ex Tiraquel. in. d. tracta. de  
retract. §. 1. gloss. 7. nume. 26. & ibi-  
dem num. 28. refert Corne. & Ber-

trand. ita consulentes, & in terminis  
ita colliges ex Iaf. in. l. stipulatio hoc  
modo concepta ad finē. & in verbis  
generalissimis & gemminatis, tra-  
dit hoc Deci. in. d. consil. 237. col. 1.  
& in. l. 1. in. 2. lectu. nume. 8. ff. sic cert.  
petat post Guidon. Cecilio. 291. ubi  
loquitur etiam cum adjicitur dictio  
vniuersalis: ex quibus patet hāc esse  
receptam sententiam apudscriben-  
tes, & ita cōsulit Deci. in casu in quo  
erat dictum, omnia bona mobilia &  
immobilia vbiunque reperiantur,  
non venire iura & actiones, nisi de  
illis fiat specialis mentio, Deci. con-  
sil. 30. nume. 2. versic. quarto, iuncto  
num. 5.

32 Vnde cauebis ab Alcia. qui im-  
memor commun. opinionis, contra  
rium scribit in. d. l. mouentium. ff. de  
verb. signi. putans verbum omnia,  
hoc casu operari, vt cum mobilibus  
& immobilibus veniant iura & a-  
ctiones: & idem repetit Alcia. etiam  
in. l. 1. C. de sacro sanct. eccl. & cum  
sequebatur Moline. ad Alex. consil.  
45. libr. 1. immemor communis sen-  
tentiae, sic etiam cum alcia. Hispa-  
nus Couas. in. c. relatum. 2. num. 1. in  
fine de testa. hæc autem recepta opi-  
nio iuuatur ex. l. quæsum. §. penul.  
vers. Papinianus. ff. de fund. instruc.  
fulcitur etiam ex text. in. l. quæsum. §.  
1. ff. de lega. 3. vbierat relicturn cū  
signo vniuersali & verbis gemmina-  
tis, nec veniunt iura & actiones, vt  
latius comprobauimus supra in. 7.  
conclus. num. 13.

53 Duodecima conclusio sit in proposito, ut quamvis actiones de se faciant diuersam speciem bonorum, nec propriè dicatur mobilia nec immobilia, tamen aliquando regulantur & censentur secundum naturam rei ad quam competunt, ut in minore & Ecclesia actio competens ad rem immobilem, reguletur ut res immobilis, & non possit distrahi sine solennitate requisita in immobilibus, secundum glof.l.1.C.si aduer. transact.glos.in Authen.de non alicnan.aut permutand.reb.eccles. §.1. in verbo.numeranda : commendat 1af.in.l.fina.num.122.C.de iur.emphyte.notat Paul.in.d.l.quam tube ronis. §.fin.ff.de pecul.vbi pulchrū verbum scribit: & circa hoc mirè va riant scribētes , vt copiosē & vtiliter tradit Tiraquel.d.loco nume.14.15. & sequent.tandem verò nume.17. probat hanc resolutionem , quam dicit receptorem, & aliquib.motis eam declarat.& nouissime Hispanus Antonius Gometius de contract.capi.10.col.2. Aduerte tamen quod secundum hanc resolutionem si eam indistincte intelligas vt scripta est à multis Doctor. destruerc tur illa recepta sententia quæ colligi tur ex d. §.fin.l.quam tuberonis.sem per enim actio competit ad rem mo bilem vel immobilem, & consequē ter semper posset connumerari vni vel alteri speciei,maximè attenta re gula.l.quia actionem.ff.de regul.iur. & ideo hæc resolutio periculosa est:

in qua etiā vltra relatos à Tiraquel. se inuoluit Mathæ. de Afflict.lib.2. feudor. in.titul.de feud. cogn. nu. 49.cum sequen.referens & alios va riantes:nec etiam satis se explicat Pa normi.in. c.nulli. numer.9. de reb. Eccles.  
 34 Nec satis facit resolutio Bart.in.l.po test.ff.de author.tutor.quā Doctor. frequentius sequuntur, vt colligitur ex Panor.& alijs sup.citatis:& tradit Alex.in.d.§.in venditione,& Guid. Pap.in consil.52.Alex.in consil.125. nume.4.libr.1.& Aufre.ad Capel. Tolosan.in.q.315.ad fin. Hispa.Sua res allega.20.pag.3.Alcia.in.d.l.mo uentium:si enim bene inspexeris di stinctionem Bart.non cessat difficul tas proximè tacta nec constat quan do verificetur consideratio Bart.di centis hanc resolutionem procedere, quando necesse est iura & actio nes accedere alteri ex his speciebus bonorum:hoc est ignotū per igno tius. Nisi quoquomodo intelligas Barto.vt necessarium sit iura & actio nes alteri speciei bonorum accedere Quādo agitur de bonis cōsiderādis in persona in qua ius cōstituit differē ciā inter eius mobilia & immobilia, qđ regulariter cessat in illis personis: quæ liberē possūt bona sua alienare. Sed nec id satis facit. Et in casu Paul. Castr. in d. §.fin.l.quam tuberonis, non erat necessarium vt nomina de bitorum applicarentur alteri ex his speciebus bonorū, & sic vides Paul. & alios non sibi constare. Vnde pos

scit

set dici non esse generale sed particolare, quod colligitur ex glos. in dictis locis, ut scilicet ea consideratio tantum procedat circa solennia adhibenda in actionibus distrahendis: 36 quæ doctrina in illis terminis probatur ex tex. cum glos. in l. si. ad resoluendam. C. de præd. mino. vt notat Cagnol. in l. qui actionem nu. 3. ff. de reg. iur. & alij ex supra relatis Non autem tam generalis conclusio videtur deducenda ex illis glossis destruatur doctrina principalis.

35 Item ex dictis Oldrad. in. d. consil. 219. & Alberi. in. d. l. mouentium in negotijs occurribus, non tam sequerer hanc periculosam distinctionem Bart. & aliorum, quām rationem rei & mentem disponentiū: quia aliquando ratio urget ut iura & actiones separentur à reliquis bonis: interdum ratio suadecit, ut inter mobilia & immobilia numerentur, ut in quæstione fulgos. (de qua sup. nu. 30. & opinione Moline. nu. 28. In casu autem. d. §. in venditione. l. à. diuino Pio, ex Bar. ibi. 2. opposit. ius stissimum fuit ut nomina separarentur à cæteris bonis, ne elites ex litibus oriuntur, si cogeretur creditor seu vi etor exigere ab alijs. qui debitori suo deberent. Et ultra alias circa illas glos. & receptam resolutionem, vide vnum quod scribit Barto. in l. si sic legatum. §. fin. in. fin. ff. de lega. 1.

Premisis itaque his conclusionib. circa effectū nominis, bona, de quo fit mentio in omnibus legib. huius

titu. & sequentis nunc ex. d. l. bonorum, & sup. traditis inferri posset ad plurima, sed ex multis pauca atque utiliora feligemus.

Primò igitur in proposito inferro, longè aberrasse Hispan. Gomet. in. d. §. omnium col. 6. in fin. Institu. de Action. num. 23. versic. tertio limitatur, qui securè scribit, quod in omni donatione rerum vel bonorum, subaudiatur, ut veniant res vel bona loci in quo fit donatio, per text. in l. si fundus. ff. de cession. &. l. Medico. ff. de aur. & arg. lega. Sed miserè labitur, nec aliquid faciunt illa iura quæ citat: Verum enim est quod donans, bona, sentit de omnibus illis quæ vbi cunq; habet, nō autem solum in loco donationis, cum omnia sua sint, & sic verba & ratio pariter militat in omnibus facit. l. in hat. G. de donatio. & de alibi sitis facit. l. 2. C. de excus. tuto probatur eidem, quia dominium bonorum non limitatur ad certum locum, sicut de actionibus dicit text. & ibi notant ad confisctionem bonorum Alberi. & Iacobin. in l. si fidei commissum. §. tractatum. ff. de iudic. & in confisca tione etiam Bart. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdic. & relega. & quæ tradit Deci. in cōsil. 207. Rubeus consil. 45. post Ias. & repetentes latè in l. 1. C. de summa Trin. probatur hoc quia secundum illud dictum Gome. nūquām donatio impobaretur, quasi omnium bonoru presentium & futurorum, contra

Bart.

R V B R . C . D E B O N M A T .

Bar. & cōmunem in l. fi. C. de pact. & in l. stipulatio hoc modo ff. de verbo obligation.

37 Nec vñ modo obstat d.l. si fundus. ff. de euiction. ibi enim disponitur aliud omnino diuersum, nempe quod vbi caendum est vel satis dan- dum, intelligatur secūdū consuetu- dinem loci, in quo contrahitur: quia ad eam tanquam proximiorem & magis de mente contrahentium cé- setur habita ratio. & ita Doct. quos citat Felin. in c. i. num. 23. de spon- sal. in quo adhibentur distinctiones vt per Alberi. in d.l. si fundus, & Ro- ch. in c. fina. q. 12. de consuet. repe- tétes in l. i. C. de sum. Trinit. & fid. cathol. refert Andre. ab Exea. in li- br. de pact. num. 498. Hispan. Anto. Gomet. in l. 3. Tauri, num. 20. & pro- cedit d.l. etiā si res de qua agitur, sit extra illum locum, vt tradit Iaco bin. de sanct. Georg. in l. non solum. ff. de iur. dot. minus obstat d.l. fina. ff. de aur. & arg. lega. ibi enim vnicū genus argenti legabatur, intelligit tex. de argento quod erat tempore testamenti, ex regula. l. si ita, eodem titl. nec ibi fit restrictio sed declara- tio, hic autem fieret restrictio, contra verba & contra mentē disponentis.

38 Ex eadem generalitate & signifi- catione huius nominis, bona, vtilius infertur ad relictū bonorum, an cō- prehendat venalia: in quo plures vi- di docere, quod sub nomine bono- rum in relictis, nō veniant venalia: id q; incautē scribit Bal. in Rubr. C. de

verb. signi. nu. 4. Deci. cōsil. 381. nu. 5. idem Dec. in l. i. nu. 24. ff. de regul. iur. & Bellon. in consil. 9. num. 7. & Carol. Ruyn. in consil. 155. num. 9. li- br. 3. Deci. consil. 76. nume. 2. idem Dec. in authen. præterea, num. 7. C. vnde vir & vx. & in l. omnia nu. 1. ff. si cert. petat. idē in consil. 389. col. fina. nume. 11. & Hippolit. in Rubr. ff. de fideiūsō. nu. 195. sentit Soci. in l. qui Rom. §. Calimachus, col. 1. ff. de verbo cōliga. vbi Ias. tangit, sed non satis resolut, nu. 5. variat idem Ias. in §. item seruiana, nu. 49 cū se quen. Institu. de Action. Sed ibi Go- met. nu. 19. apertē dicit in legato ge- nerali non comprehendendi venalia, & ibi etiam nu. 22. sic etiam Roman. in Notab. 432. ita etiam Ias. in l. i. C. de verb. signifi. nu. 1. dum sequitur Bal. in Rubr. eod. titul. quem retuli: & idēm repetit Ias. ibi versi. ex his ha- bes, vbi citat Barto. in l. diuus. ff. de bon. damnator. qui id videtur dice- re, nu. 4. & hoc tādem probat Crot. in l. si. constante, in 2. lectu. nu. 139. vers. secundō, vbis sequitur Bal. in d. Rubri. & idem Crot. in 1. lectu. nu. 96. versi. idem etiam dicendum, vbi melius incepit sentire: sed tādem ita concludit cum Bal. In hoc variauit doctis. Alex. in d.l. si constante, nu. 27. vbi prius benē resolut, sed statim sibi repugnans subdit in vers. sed re- sponde, quod in legato generali nō veniet venalia, nec etiam in hoc ma- net, variauit etiam Neguzan. de pi- gnor. in 2. part. 2. memb. nu. 15. cum sequen

sequen. quibus addo , quod Alberi. in.d. §. vxori, in summario variat, & idem Alberi. in.l. vbi adhuc, nu. 10. C. de iur. dot. videtur cum his sentire, vt non veniant venalia: & aperte Bali. b1 nu. 19. versic. sicut.

Fatetur autem Bal. in.d. Rubri. & sequuntur alij sup. relati, magis com muniter, quod in hypotheca gene rali venient venalia, licet non in lega to: quod colorant Crot. & Gomes. vbi supra ratione minoris praeaudi cij. Sed hi non aduertunt quod Bal. quem sequuntur, loquitur generali ter de omni cōtraētu, dicens plus cō præliendere contractum quam re lieatum de quo miratur Iaf. d. §. item seruiana num. 50. maximè attentare re gula. l. in testamentis. ff. de regu. iur secundū communem allegationem. eandem differentiam inter legata & donationē facit Bald. in.l. 1. ff. de sta. hom. Ad hanc autem opinionem cir ca legatum citauit Bal. tex. in.l. ge nerali. §. vxori. ff. vsufru. lega. Quo etiam mouentur Deci. & alij: qui etiam in hanc partem adducunt tex. in.l. pediculis. § .item cum quære retur. ff. aur. & arg. lega. Sed melius citarent tex. in.l. seruos. 73. in.f. ff. de lega. 3. Quim ag s vrgere videtur. ad secundum verò. Quod Bal. & a lij dicunt de hypotheca & contra ctibus allegat. l. cum tabernam. ff. de pigno. videsigitur Bal. Deci. & alios magni nominis voluisse in legato ge netalī non comprehendivænalia.

Qua conclusione retenta, ipse Dec.

cam limitat ut procedat in legato in definitè prolato. putà cum legantur res vel bona: secus si addatur signū vniuersale, omnes vel emnia, quia tunc dicit continerivænalia & ita in tot locis supra citatis semper hoc scripsit, adducens Bar. in.d. §. vxori: & hoc appellat ipse Dec. differentiā inter dispositionem generale & vnu uersalem: & ita cū Dec. Bellonus. d. cōf. & anteeos Iaf. d.l. 1. nu. 2. C. de verb. sign. quod etiam repetit. Dec. eodem modo ad casum. l. obligatio ne generali yt statim trademus & cū Dec. plures, quoseius authoritas tra xit, qui idem scribitconf. 4-2. nu. 2.

Sed Bal. in.d. rub. lapsus fuit ma gisq; errauit Dec. vbi supra, tā in cō clusione, quām in allegatione tex. & Bar. in.d. §. vxori: veraq; cōclusio est ut regulariter in legato generali rerum vel bonorum cōprehendantur vænalia secūdum verbis significatio nem maximè cū in legato nō fiat præjudicium testatori, qui dum vi xerit omnia sua integrè habebit & de eis libere disponet, & hoc probat tex. in.d. §. vxori. & ita vult gl. ibi & gl. in.l. pediculis. §. item cum quære retur dū in illis iuribus ex particulari ratione inquit glos. non comprehen divænalia, sentiens regulam esse ut comprehendantur.

Ideo autem in.d. §. vxori non cōprehenduntur vænalia quia nō fuit legatum simplex, sed cū relatione ad locum. vt patet ex litera. Vnde ta lis relatio restringit yt glos. ibi recte

B sentit

sentit citans. l. Caius. ff. delega. 2. de  
 qua latè egimus superius in. 7. & 8.  
 conclus. Quæ restrictio etiam tunc  
 fit ex regula iuris, qua habetur non  
 censeri esse in loco ea, quæ ibi extant  
 ut quām cito inde amoueantur. ex. l.  
 quæ situm. §. prædia. ff. de lega. 3. &  
 l. ex facto. 35. ff. hæred. insti. it. etiam  
 intelligūt Bal. & Cuma. in. d. §. vxo  
 ri: & ex Bart. benè colligit Alex. in.  
 d. l. si constante. nu. 27. idem volunt  
 Pau. & Cor. in. l. i. C. de verb. sig. tra  
 dit notanter Hispa. Couas Ru. à lei  
 ua, vir eruditione & virtute insignis  
 lib. 2. resolu. cap. 5. cuius relatione di  
 cas hanc communem esse senten  
 tiam, & ita verē sentit Benedict. in.  
 c. Rainunciūs verb. cætera bona. n.  
 15. & Negu. in. d. loco. n. 37. bene ex  
 plicans verba Bar. & eum in hoc se  
 quitur Cagno. in. l. i. nu. 21. ff. regul.  
 iu. & in. l. fi. n. 258. C. de pact. & Mo  
 linæ. ad Dec. d. l. i. & Paul. Picus. in  
 §. Titia cum nuberet. nu. 111. ff. dele  
 ga. 2. & Aimon in. l. i. nu. 73. ff. dele  
 i. & ita bene sensit Alex. conf. 118.  
 nu. 5. lib. 5. bene etiam sensit Aflict.  
 decis. 105. n. 6. ver. an autē. & Alci. in  
 l. is quinatus. 210. in fi. ff. de verb. sig.  
 & Ioā. dilectus de arte testandi. capi.  
 de lega. caute. 19. & nouissimè An  
 conitanus stracha. in tracta. demier  
 cat. titulo mandati pag. 170. Ex qui  
 bus (si numerum attendis) patet hāc  
 esse receptiorē sententiam. Eodē  
 modo respondetur ad. l. i. C. de ver.  
 sig. legatis enim prædijs non pote  
 rānt comprehendendi vænalia, vt text.

inquit, nec alia, quæ non erant natu  
 ralia prædiorum de se, vel ex usu do  
 mini. Quod vltrà Docto. melius ex  
 plicatur attento. Quòd nomen præ  
 diorum non comprehendit res di  
 ueras ibi existentes: qualitas autem  
 adiecta. de prædijs instructis non re  
 fertur ad accidentalia vt probat tex.  
 in. l. cū. de Lanionis. §. sabinus. ff. de  
 fun. instr. quē ibi notat Bar. & Boer.  
 decis. 160. ad fi. ad idē text. optimus  
 in. l. fundi versi. labeo. ff. de action.  
 emp. quē ex tollit Ias. l. fi. n. 12. ff. de  
 const. princi. & sic patet. d. l. i. & d.  
 §. vxori. probare magis hanc veram  
 & receptionem sententiam contrà  
 Bal. Dec. & alios vt in legato gene  
 rali veniant vænalia.

Obstare tamen videntur duo illa  
 iura. f. d. §. item cum quæreretur. l.  
 pediculis. ff. aur. & arg. le. & d. l. ser  
 uos in fine. ff. delega. 3. nā in. d. §. itē  
 cum quæreretur legauit mulier om  
 ne suum ornamentum muliebre  
 & tex. inquit, si mulier negotiat rix  
 erat non comprehendi ornamētum  
 vænale sed id, quod testatrix ad suū  
 usum paratum habebat: eodem mo  
 do in. d. l. seruos. legauit quis seruos  
 suos & text. inquit quòd si testator  
 vænaliciariam vitā exercebat in du  
 bio non contineri eos quos compara  
 uerat vt illico distraheret qua si eos  
 magis mercis loco quām suorū ha  
 buisse credendus sit. Nec satis facit  
 solutio quam sentit glo. in. d. §. item  
 cum quæreretur verbo non videri.  
 Quæ notat ibi pronomen mea re  
 stringere

stringere legatum ne cōprehendat  
vænalia: quasi mea vel sua non dicā-  
tur nisi quæ ad proprios v̄sus parata  
sunt. Quim interpretationem pro-  
bat Bar. in illo. §. & Paul. in. d.l. i. C.  
de verb. sign. & Ias. in. l. qui Romæ.  
§ duo fratres nu. 62. ff. de verborum  
obliga. & Hispa. vbi supra nu. 1. ver.  
2. & nu. 3. vers. 4. conclus. & videtur  
probare Ias. in. l. gregi legato num.  
3. ff. de leg. i. dum citat. d. l. seruos.

Obstat enim manifesta ratio: quia  
regulariter secundum communem  
sensum non potest fingi exemplum  
legati sine illo pro nomine. nō enim  
aliter testatores legant vel relinquūt  
nisi cum adiectione illa. bona mea,  
seruos meos, ornamētum meum, &  
similia. obstat etiam recepta doctri-  
na quæ in alijs articulis habet pro-  
nomen meum, non restringere, vt ex  
Bar. & multis adduximus supra in.  
3. conclus.

Vnde aliter sūcurendum videtur  
huic non leui difficultati vt hēc duo  
iuraintelligātur procedere in diuer-  
so casu. Nos enim in p̄cipali quēst.  
agimus de legato generali rerū. vel  
bonorum & tunc asserimus com-  
prehendi vænalia: at in illis iuribus  
nō fuit legatum generale, sed potius  
certa species bonorum expressa fuit  
inter quæ longa est differentia: quā  
vt receptam tradit Alex. in. d. l. si cō-  
stante. nu. 24. vers. præterea & ante  
cum Romam. §. fi. eiusdem. l. nume.  
8. licet id non adducant ad intellectū  
horum iurium. Nec mirum si plus

comprehendat legatum generale  
quām legatum certæ bonorum spe-  
cier: ex adductis à Roma. & Alex. &  
ex eo quod ratio suadet verba magis  
generalia latius extendenda. argu.  
tex. in. l. si ita stipulatus. 56. ff. de fide  
iussio. & l. i. & generaliter. ff. de leg.  
pres. l. in fraudē. §. fin. ff. de mil. testa.  
quo argumento vtuntur. Docto. in  
varijs articulis vt per Tiraq. in. l. bo-  
ues. § hoc sermone. 26. limita, quæ  
differentia etiā iuuatur ex mente di-  
sponentis. facilius enim & proprius  
inter bona sua numerabit quis væ-  
nalia, quām vbi descendit ad certam  
bonorum speciem. in qua habet ve-  
nalia & non vænalia, & ita illa duo  
iura accipiēda videtur vt sustineatur  
receptior sententia: aliter enim dif-  
ficultas a Doct. nō resoluitur. Nega-  
ri autem nō potest quod illa iura nō  
loquunrū de legato generali rerum  
vel bonorum simpliciter & ita intel-  
ligo Bar. qui contra adducebatur in.  
d. l. diuus num. 4. ff. de bon. dam. lo-  
quitur enim de reliquo panorum, nō  
de legato rerum vel bonorū simili-  
citer. Quod ex Alex. videtur resolu-  
vere. Picus in. §. titia cum nuberet  
nu. 112. licet obscure tractet. & Ne-  
guzan. d. 2. memb. num. 16. & ita po-  
test intelligi Angel. non solitus re-  
ferri in. l. cum tabernam. ff. de pig. in  
exempli mercatoris legantis panos  
cum ijsquæ domierant. Aperte autē  
inuit. tex. in. d. §. item cum quærere-  
tur. Quod vbi excluduntur vñalia  
non excludentur quando reliquum

Bij

non

R V B R C. D E B O N M A ?

non posset ad alia referri ut patet ex  
text. ibi si habuit propriū ad vñi suū  
paratum. idemque significat. d.l. ser  
uosib[us] si habuerit proprios , quorū  
operas. Quod suadet iuris ratio ne  
dispositio irrita maneat:& ita in il  
lis iuribus declarat Alber. & Cuma.  
in.d.l.seruos:prius glo.recepta.in.d.  
§.item cum quæreretur Pau.& Ias.  
in.d.l.i.C.de verb.sign.Ias.d.l. qui 43  
Rom. §.duo fratres.nu.62.faciunt  
congesta à Feli.in.c.i.col.i.num.8.  
de rescrip.ab Hipol.de fideiūslo.nu.  
194.sic alias fit interpretatio legati  
ne sit sine effectu.in.l.Mequius vbi  
glo.& Pau.notāt.ff.de lega.2.

42 Ex dicto autē. §.vxori. &.d. §.itē  
cum quæreretur,videbis ibi relictū  
fuisse cum signo vniuersali, omnes,  
vel omnia, non tamē venire vñalalia  
illis casibus, ob ratiōes particulares,  
de quibus proxime diximus. Ex quo  
sequitur lapsus in hoc fuisse sāpissi  
mē Deci. qui in dictis locis scripsit  
adiecto signo vniuersali semper ve  
nire vñalalia, vt superius retuli. Cū  
illa iura apertē cōtra dicant:ad quod  
etiam facit tex.in.l.debitor.ff.de pi  
gno.inspiciendo cōventionem, quā  
tex.ibi refert, & decisionē, quæ non  
distiguit inter verba vniuersalia, vel  
simplicia. faciunt quæ superius dixi  
in.7.cōclus.nu.13.& conclu.11.n.31.  
Inspecta item litera. d. §.item cum  
quæreretur, constat ibi legatum fuis  
se relictum filiæ dulcissimæ:& ta  
men non comprehendi vñalalia : &  
sic probat tex. Quòd vbi in relicto

nō veniunt vñalalia, non mutetur id  
ius, quanvis relictum fiat liberis: nec  
ibi operatur ratio sanguinis, vel dile  
ctionis & cōsequenter patet contrā  
illum text.loqui Roma.notab.643.  
Benedict.d.verbo & cetera bona.n.  
15.vers.nisi esset. Quod in simili ad  
monuimus superius circa l.Caius.ff.  
deleg.2.  
Bar.autem in.d. §.vxori, quem Dec.  
male citauit, non dicit quòd dictio  
vniuersalis adiecta rebus legatis, fa  
cit comprehendi vñalalia, quando a  
liās nō cōprehenderentur:nec distin  
guit inter legatū vniuersale, vel sim  
plex, vt roq; enim casu idē ius est: sed  
distinguit Bar.in casu illius tex.an re  
latio ad locum fiat simpliciter, an  
cū signo vniuersali. vt quanquā prio  
ri casu nō veniāt vñalalia veniāt tñ in  
posteriori, pvt si dicat testator lego  
q; habeo in tali loco quocunq; modo  
ibi sint, vel quolibet modo ibi ea ha  
buero. Hęc est mens Bar.vt vere in  
tellexit Alex.in.d.l.si constante. Ne  
gu.d.2.mem.2.par.num.37.& Co  
uas Ruu.vbi supra & Afflict.d.de  
cis 106.& Aimon.d.l.i.ff.deleg.1.vt  
siceo casu magis operetur dictio vni  
uersalis in relatione ad locum, quām  
in nomine rerum, quę relinquūtur,  
quasi ea geminatio verborum in re  
latione loci, ostendat mentem dispo  
nentis velle comprehendere vñalalia,  
& quæ ibi quoquo modo reperiā  
tur. & doctr.Bar.ab omnibus rece  
pta est vt colligitur ex supra relatis,  
& firmat Hipol.in.l.vnius. §.cogni  
turum

turum numer. 28. ff. de Quæstio. id-  
que videtur. Probare Imol. in. l. fi. ff.  
de donat.

Sed contrà Bar. instabit quis for-  
fan ex. d. l. Caius. ff. de lega. 2. & for-  
tius ex. l. si mihi Meuia. 90. §. 1. ff. de  
lega. 3. vbi etiam in relatione ad lo-  
cum fuit adiectum signum vniuer-  
sale, & tamen non veniunt ea, quæ  
aliâs non venitent. Quod patet ex.  
d. §. 1. ibi cum his omnibus agris. &  
ibi cum cæteris vniuersis speciebus  
quæ in eisdem fundis erunt. & ibi  
vti optimi maximique sunt. & vt  
pleniū dicam ita vt clauduntur. ta-  
men respondet text. non venire in-  
strumenta emptionum, nec nomi-  
na debitorum, quorum scripturæ  
ibi reperiuntur. videtur igitur. ille  
text. destruere resolutionem Bar-  
to. quæ tamen amplectenda est: &  
huic difficultati respondendum est  
distinguendo inter incorporealia, &  
corporalia: Bart. enim in. d. §. vxo-  
ri loquitur de rebus corporalibus ex-  
istentibus in loco, quæ comprehen-  
di possunt ob illam geminationem,  
& vniuersalitatem adiectam relatio-  
ni loci. Quia cum sint corporalia,  
non absurdè in loco esse dicuntur. at  
nomina debitorum, aliaque iura  
incorporealium nunquam dicuntur es-  
se in loco, licet singas verba gemit-  
ata, & vniuersalia etiam in ipsa re-  
latione loci: ex ratione dicit. l. Caius  
& l. si fidei commissum. §. tracta-  
tum. ff. de iudic. quod in proposito  
comprobari potest ex doctrin. Bar-

to. in. l. cum pater. §. mensx n. 9. vers.  
quæro. ff. de leg. 2.

44 Nec omittendum est quod scri-  
psit Deci. conf. 472. ad fi. vbi vide-  
tur limitare iura, quæ dicunt in le-  
gato non comprehendendi vñalia ut  
intelligantur de vñalibus mercato-  
rum, vel eorum, qui emerunt ad  
reuendendum: non verò de venali-  
bus ex redditibus bonorum, & pos-  
sessionum testatoris. Quod sequi-  
tur Hispanus vbi supra, nec colore  
re caret. potestque congruentius ap-  
plicari ad dict. l. seruos. ff. de legat 3.  
& ad d. §. item cum quæretur: que  
iura loquuntur aperte de negotiato-  
ribus, & excentibus vitam vñali-  
ciariam.

Sed aduertendum est, quod Bar-  
to. in. d. l. Diuus numer. 4. ff. de bon.  
damii. & Docto. communiter in. d.  
l. l. C. de verb. sign. circa textum. ibi:  
indistincte intelligunt, & ponunt  
exempla tam de vñalibus causa ne-  
gotiationis, quam de ijs, quæ testa-  
tor ad vñendum habebat ex fructi  
bus bonorum suorum: & ad hoc est  
textus in dict. §. vxori dum loquitur  
de vsu fructu salinarum & fundo-  
rum & excipit ea, quæ ibi erant mer-  
cis causa eaque appellat vñalia: licet  
sint ex Salinis testatoris, quod non  
aduertit occulatissimus Hispa. in. d.  
capit. 5. versicu. tertio apparet. idque  
procedere videtur vbi fit legatum  
cum relatione ad locum, vt tunc vñ-  
alia cuiuscunque generis non con-  
prehendantur, ex ratione. d. l. ex fa-

& o. ff. de hæred. institut. cum supra adductis. Sed verè opinio Dec. & quietatem habet, vt teneri posit extra terminos d. §. vxori attenta origine rei, quæ non ex negociatione, sed ex fructibus possessionum emanauit. causa enim originalis attendi debet, vt in l. qui habet. ff. de tute. l. qui id, qđ. ff. de donatio cum alijs.

45 Ex prædictis infertur ad contractus. & primū. vt in donatione rerum, vel bonorum comprehendantur vñalia, vbi non fieret relatio ad locum, nec esset alia ratio particularis, quæ restringeret donationem. Quod voluit Baldus in d. Rubrica. C. de verbo. sign. & in d. l. i. antenu. i. vers. sed pone. ff. de statu homini. nō enim loquitur tantum in hypotheca, sed in donatione, & omni contractu vt refert Alex. in d. l. si constantinum. 27. versic. sed responde: & Ias. in dict. §. item Seruiana num. 49. & Neguzand. dict. 2. membr. 2. part. numero. 15. militant enim rationes supra adductæ circa legata. & sic cessat illa anxietas Ias. in dicto. §. item Seruiana qui mirabilem putabat differentiam Bald. inter legata, & contractus cessat etiā confusio Alexand. circa hoc in dict. l. si constante & Neguzan. d. 2. memb. dum non satis explicant: an sit idem ius in relictis, & donationibus, cæterisque contractibus. Quod nota adea quæ congerit Ias. in lege quæ de legato. ff. de leg. i. Alibi aut inuenio Doct. sibi cōtrarios velle ut plus cōprehendat

datur in legatis, quā in cōtractibus: et in hac materia, vt colligī ex Ang. & Pan. n. 2. in l. certo. ff. de seru. rust.

Ex quo infertur quòd donatones & contractus non debent separari ab hypotheca, nec esse speciale in obligatione generali: vt ex Bald. male colligebat Crotus in dict. l. si constante. i. lectu. numero. 39. versi. nam confirmo: & in. 2. lectu. numer. 139. vers. Secundo. Et Gome. dict. §. item seruiana numero. 22. versic. & ratione: dum ponderabant specialiter in hypotheca minus præiudicium: quā si diuersum esset in donationibus, alijsque contractibus. In quo etiam caendum est ab Hispan. dict. capit. §. nume. 2. ad finem.

Inde etiam resultat secundum Bal. Alex. in dictis locis, & magis cōmuniter Doctores, vt in generali obligatione bonorum veniant merces & vñalia: quod videntur probare quasi argumento à fortiori Crotus, Gomes. & Hispan. vbi supra: sed argumentum à fortiori hoc casu periculosum est, cum aliqui. Docto. dubitent an in obligatione vñalia cōprehendantur, vt in uoluunt Angel. & Ias. in .dict. §. item Seruiana, & contrariū tentauerit Socin. in lege. qui Romæ. §. Calimachus numero. 2. ff. de verbō. oligatio. & ante Soc. ita dicebat negatiuē Iacob. de Aren. Quem Bart. refert in dict. §. vxori in princ. ita etiam dicebat Paul. in. d. l. i. C. de verb. sign. numero. 2. versi. idem. si aliquis Roma. & alij relatiā

ti à Negū.d.loco num.14.quitamē  
concludit communem esse senten-  
tiā vt compræhendātur. & ita Iaf.d.  
§. Calimachus nu.5.& Ripa.l.i.nu.  
8.ff.de pigno.& hanc partē magis  
probat Bar.in.d. §. vxori, dū repro-  
bat argu.Iacob.Aren.Quem ita vi-  
detur intelligere Bal.hoc tenens in.  
l.cū tabernam. ff.de pigno.versi.sed  
quæro & Cumain.d. §. vxori.

**49** Ex his infertur ad intellectū.l.cū  
tabernā. ff.de pig.variāt enim Doct.  
vbiq., Bal.enim in.d.Rub.C.de ver.  
sign.eam citat vt in obligatione,&  
cōtractu veniāt vñalia:& ita frequē-  
tius Doct.& tamē Pau.in.d.l.i.C.de  
verb.sign.ad contrariū eam allegat,  
sed male. & longe aliter eācitat idē  
Pau.in.l.certo generi. ff.de seru.rust.  
præd. aliter etiā variant Docto.nā  
idem Bal.in.l.certi iuris.6.q.C.loca  
intelligit.d.l.vt ibi veniant merces,  
quia expresse obligatæ fuerunt.qua-  
si dicat quòd sub generali, vel tacita  
obligatione nō cōprehēduntur: sed  
tamen in tacita idem iuris est secun-  
dū vñā, & receptam sententiam vt  
veniant merces, & vñalia Hispan.  
d.c.5.nu.2. & Negū.d.2.memb.Ri-  
pa.d.l.i.nu.8.ff.de pigno.& ita sine  
dubio tenēdum asserit Zafi.in.d. §.  
itē Seruiana.n.20.& ibi Ioachimus.  
colligit rex Bar.receptoin.d.l.srco  
stāte.n.73.versi.3. quæro & ibi Alex.  
d.n.27.contra Roman.& ita contra  
Soc.resoluit Iaf.d. §. Calimachus.n.  
5.in quo mirè fluctuat Gome.in.d. §.  
item Seruiana.nu.22.& 23. qui tan-

dem communem probat.  
Circa quā.l.cum tabernā aliqua sunt  
à Doct.male explicata.Aduerto iḡ  
q ibi obligatio fuit expressa quoad  
tabernam, & siclicet possit iure ex-  
tendi ad hypothecam tacitam, non  
tamen loquitur de tacita omnino.  
Quod confundunt piures ex supra-  
citatib: maximē in.d.l.si.constantē.  
Similiter ibi non fuerunt specialiter,  
vel expressim obligatæ merces, sed  
taberna: ideoq; dubitatio erat apud  
iurecons.an merces obligarentur.qd̄  
non aduertit Bald.in.d.certi iuris &  
plures ex allegatis: maximē in.d. §.  
item Seruiana.

Variauit itē circa illā.l.Bar.in.l.cū  
pater. §. mēsē.n.7. ff.de leg.2. primō  
enim intelligit ibi esse speciale in hy-  
potheca, vt obligata taberna veniāt  
merces, vt tex.inqt: diuersūq; vult in  
donationibus, & vēditionibus:cū ita  
respōdeat ad.l qui tabernas. ff.de cō-  
trah.emp. & adducit illam rationēm  
in hypotheca, quia est minoris præ-  
iudicij & ita Alcia.in.l.instruēta.185.  
ff.de verb.sign. quā differentiā etiam  
videtur probare Crotus.Gome.&  
Couas.vbi supra:dū considerat eadē  
rationē specialē hypothecæ, ita etiā  
videtur resoluere Bar.in.d.l.cum ta-  
berna vers. & ratio & ibi Cumia.quā  
differentiā improbat ibi Salic.versi.  
cum hō appareat vñgēs ratio, & Bar.  
in.d. §. mensē, non sibi constans sub-  
dit secundō quod in.d.l.sub obliga-  
tionē tabernæ veniunt merces quia  
debitor nō habebat ius aliquod in lo-

R V B R. C. D E B O N M A T.

co: seu taberna ideòq; ne obligatio  
irrita sit veniùt merces, & hoc vt no  
uum scribebat Gome.d. §. ité Seruia  
na.n. 22. ad fi. vers. & ideo ego puto:  
potestq; fulciri ex d.l. ibi, quæsitum  
est vtrū eo facto nihil egerit: non ci-  
tato Bart. ita scribit Floria.in.l.certo  
generi.n. 3. ff. de seruit. rust. prēd. Sed  
verius Credo quòd vbi obligatio ex  
pressa veltacita esset generalis om-  
nium bonorum, indistincte veniret  
taberna cū ijs quæ in ea haberet de-  
bitor, & cum vñalibus ibi repertis,  
secundum receptionem sententiā: cui  
nō obseruit varietas Bar. & cōfusio alio  
rū: eos enim excusare poteris, vt intel-  
ligātur variare tātū in terminis. d.l. cū  
tabernā: quādo obligat taberna, nō  
vero generaliter obligātur oīa bona.  
Adhuc etiā in obligatione tabernæ  
iuxta terminos ipsius. l. placet diffe-  
rentia Bart. vt facilius admittamus o  
bligari merces: nō tantū ipsam taber-  
nā: non autē ita indistincte in dona-  
tionibus, vel alijs cōtractibus: quia in  
his agitur de maiori prēiudicio: de-  
clarando tamen ex Bar. & Cuma. vt  
in vēditione attēdatur quātitas præ-  
tij, vt sciatut an sola taberna, an etiā  
mercesveniāt, argumēto gl. in. l. ff.  
de superficieb. verb. agēdo: declaran-  
do etiā vt donatio tabernæ cōprēhē-  
dat merces, quādo aliasdonatio esset  
sine effectu: putā si donās non habe-  
ret dominiū tabernæ, sed eā cōduxer-  
at, haberetqué in ea merces ob quas  
appellat tabernā suā. l. tabernæ. ff. de  
fūdo instr. facit. l. an qđ. ibi, nisi nullū

domini fuerit. ff. de fun. inst. & suprā  
diximus ad gl. §. ité cū quereretur, &  
ita in terminis dicūt Ange. & Pau. n.  
2. in. l. certo generi. ff. de seru. rus. prē. “  
Quaratiōe si dñs tabernę eā obliga “  
ret nō sub nomine tabernæ, sed sub “  
nomine domus, crediderim cū Alb.  
Salic. & Cuma. in. d.l. cū tabernā. nō  
cōprēhēdi merces, cum verba id nō  
ferat: nec enim quis nomine domus  
simpliciter cōputat merces, quas ibi  
habet: arg. tex. l. quītus. §. 1. ibi, nō fa-  
cile. ff. de auro & arg. lega. & tūc cū  
obligans domum sit dominus, iā pa-  
tet actum non manere sine effectu.  
Vbi verò obligaretur taberna à do-  
mino ipius. s. soli, & ædificij & mer-  
ciū, crediderim verius ex Salic. ibi, vt  
cōprehēdatur merces ob specialē ra-  
tionē minoris prēiudicij: quidquid  
inuoluāt Bar. Alber. Ang. & Cuma.  
ibi dum opponunt de. l. q. tabernas.  
ff. de cōtrah. emp. nec ēquū est vt ma-  
ligna fiat interpretatio cōtra credi-  
torē, cum debitor nō oneretur: & sic  
nō distinguo an taberna sit obligan-  
tis, an reipu. an alterius: cōtra plures  
Doct. quidquid etiā videatur sentire  
gl. 1. ibidē. Quod iuuatur, quia in ob-  
ligatione nō cadit illa restrictio &  
cōparatio prētij ad res obligatas: cū  
pro minimo multa bona obligari so-  
leat ab homine & à lege, vt docēt ex  
perientia, & leges. C. &. ff. in quibus  
caus. pig. tac. contrah.

Ex quo in ea sum sentētia, qđ licet  
obligatio fiat cū relatione ad locū ad  
huctamēcōprehēdantur vñalia, si,

in eo

in eo loco obligā solebat ea habere,  
vel habere sperabat, q̄a nec facile de  
alijs rebus conuentio fortiretur effe-  
ctū, licet posset controverti ex verbi  
Bar. in d. §. vxori: & Bal. eū citātis in  
d.l. cum tabernā. Alex. d.l. si cōstāte.  
Neg. & Hispa. vbi supra, dum etiam  
in hypotheca admittunt restrictio-  
nē ex relatione ad locū: sed loquūtur  
generaliter: nos vero attentis circum-  
stantijs negocij. quod comprobatur  
ex Ripa in d.l. i. n. 9, ff. de pigno.

Hinc infertur q̄ si agatur de hy-  
potheca tacita, quę fit ex induc̄tis &  
illatis, distinguatur vtiliter qđ Doct.  
inuoluunt. Nā si creditor erat domi-  
nus tabernę, tunc indistincte obligā-  
tur vñalia inducta à cōductore: cū  
de ijs, & nō de alijs verificari possit o-  
bligatio legis, & dispositio intelli-  
gēt debet secūdum subiectā materiā &  
qualitatē rei, de qua agitur. l. si vno.  
ff. loca. l. si stipulatus. ff. de vñur. cū a-  
lijs. Nec tūc posset cōtra inducitext.  
in. l. debtor. ff. de pign. imò iuuat, si  
matirē cōsideres ibi enim attēditur  
natura rei, qđ etiā hīc seqmūr: facit. l.  
queſiū. 76. §. 1. ff. deleg. 3. & que dixi-  
mus superius ad. l. i. C. de verb. sign.  
Et vltra iā dicta intelligi potest tex.  
in. d. l. cū tabernā, ibi, vtrū eo facto ni-  
hil egerit: vt illa verba intelligentur  
nō solum quia taberna nō esset debi-  
toris, sed etiā q̄a vero similiter parui  
valoris esset déptis mercibus: ideoq;  
dici posset nihil agi, si merces nō obli-  
garētur. licet taberna debitoris esset,  
facit tex. in princ. inst. ad. l. falc. ibi,

nullo vel minimo, cum vulgaribus.

Illud etiā ex. d.l. vtiliter colligēdū  
est in respōso, ibi, quę mortis tépore:  
vt quanuis taberna merciū obligē-  
tur expressim vel tacite, nō impedia-  
tur libera facultas alienādi, & empto-  
res securi erūt, effectusq; hypothecæ  
tūc liget ea tantū, quę creditor inue-  
nerit quādo agere voluerit: idq; pro-  
bāt Bar. Albe. Salic. Ange. & Cuma.  
ibi, Crotus & Neg. vbi supra: Zaf. d.  
§. itē scruiana. n. 21. & ibi Gome. n. 22  
ad fi. & ante eos ita declarat Cyn. i.  
l. vbi adhuc. n. 19. q. 15. C. de iut. dot.  
vbi Bal. n. 19. hoc dicit notatu dignū:  
ex quibus cōstat vtilitatē creditoris  
tūc fore quād merces, quas inuenit:  
quod non percepit Iaf. in. d. §. itē Ser-  
uiana. n. 51. atq; erit tunc verū dicere  
(si cū iudicio attēdas) hypothecā co-  
casu magis dari in mercibus futuri  
q̄ extātib⁹ stépore cōuentiōis: preſen-  
tes enim quotidie alienabūtur, vt cō-  
stat ad sensū, qđ nō percipiēs Soc. mi-  
serè labitur. in. d. §. Calli. n. 2. tētās in  
obligatiōe merciū nō cōprahēdī fu-  
turas: qđ est cōtra illā. l. & receptas sē-  
tētias, vt melius contra Soc. aduertit  
ibi Iaf. n. 5. & Ripa. d.l. r. n. 8. ff. de pi-  
gn. pro quo est ratio Bar. & Bal. in. d.  
l. cū tabernā Bal. d.l. vbi adhuc. n. 19.  
f. q̄ vbi obligātur merces vidētur cō-  
trahētes sentire vt aliquid nō impe-  
diatur cū vñalia sint ī cōtinua distra-  
ctione, creditori autē satis sit futuris  
mercibus: cū taberna sit qđ vniuersa-  
levbi nouę merces subrogātur in lo-  
cū distractarū; manēte sēper nomi-

ne tabernæ argumenti. l. proponebatur. ff. de iudi. tex. & ibi Bar. & Alex. in. l. si grege. ff. de leg. i. Resultat igitur ex supra dictis quod dict. l. proprie non loquitur de expressa obligatione mercium contra Bald. in. d. l. certi iuris & contraria plures. Nec de obligatione legali tacita contra Ias. dict. §. item seruiana numero. 21. & contraria aliquos ex supra citatis. Nec loquitur de obligatione generali, contra quam plures, sed procedit in terminis, quos superius verè annotauimus.

<sup>47</sup> Tandem ex supradictis infertur ad. l. obligatione generali. ff. de pigno. vbi à generali obligatione exceptiuntur aliqua quæ iureconsul. exprimit, & quæ in specie vere simili- ter non erat obligatus debitor, de quibus agit Mathaf. nota. 137. Alex. in. l. si constante nu. 26. & nu. 28. Pa- la. in repet. c. §. 38. & §. 70. nu. 11. & Calcaneus conf. 29. numero. 11. & Alci. in l. alienatum. ff. de verb. sign. Deci. cōf. 30. Gerar. sing. 36. Neg. de pigno 2. part. 2. mē. n. 34. cū sequen.

Ex quorum dictis longe utiliter colligi possunt plures ampliations & limitationes ad. l. illam. quam hīc adduximus: quia Dec. in. d. l. omnia n. 1. ff. si cert. peta. & d. conf. 30. n. 4. & alibi sape intelligebat vt. l. illa nō procedat quando bona omnia obli- gantur. constituendo differētiam in- ter obligationem indefinitā & vni- uersalem, quā sequitur Purpu. in. d. l. omnia & in. l. i. n. 47. ff. offic. eius & Alcia. l. fi. n. 81. C. de pactis & Ri-

mināl. instit. quib. alien. licet nu. 179. idemque cōsuluerit Corn. Ias. Curt. iun. quos refert doctus & diligens vir Aimoni in l. i. nu. 47. ff. de leg. i. vbi ipse melius aduertit & contrariū probar, & ita melius Soc. in. l. si is qui ducēta. §. vtrum. n. 4. ff. de reb. dub. & alij melius aduerterunt quos re- fert & sequitur Cagn. in. l. fi. nume. 255. C. de pact. & Negu. in. d. 2. mē. n. 37. & pro hac veriore sentētia stat ratio. d. l. licet enim obligatio sit cū signo vniuersali: omnia bona, adhuc militat ratio æQUITATIS, qua lex exce- pit certa bona. militat etiā alia pars rationis ex vero simili mēte obligan- tis. Quod probat tex. vbi Docto. ita sentiunt in. l. i. C. que respign. oblig. poss. probaturetiam hēc pars non so- lum à ratione, sed à verbis. d. l. dum loquitur de obligatione generali, nō enim est verū quod Decius & alij præsupponebant: dicentes vbi adjici- tur particula, omnes, vel, omnia, ibi dispositionem appellari vniuersalem non generalem. & plus comprāhen- dere. imo verius dicendum est quod eorum differentia valere posset ad distinguendum, inter indefinitā & vniuersalem, (licet & in hoc regula- riter contra eos sit veritas in iure) sed in proposito. d. l. loquētis de obliga- tionē generali, verū & propriū exē- plū est vbi adjicitur dictio, oēs, vel oīa. idq; appellatur generale, vt do- cet Bar. in. l. si ita co. 2. n. 4. ff. de auro & argen. lega. Bart. in. l. generali. §. vxori. ff. de vusufr. lega. quam doctri- nam

nam ut receptissimam tradit Alex. in l. Grege legato nu. 2. ff. de lega. i. & probatur plane ex text. qui ponderari non solet in l. illud. §. fina. ff. de minor. & ex text. in l. quoties. §. fin. ff. de usufru. ad idem potest vere expendi text. in l. nam quod. §. fina. cum. 2. ll. sequen. ff. ad trebel. notat Bartol. in. §. non omnis eiusdem. l. ibi omnia vel simpliciter. idem probat tex. in l. 2. C. de pigno. ibi genera liter vniuersa bona. notat Bartol. & ibi est bonus text. in l. si legatus. §. i. ff. de trebel. exceptio autem quando fit à lege ex particulari ratione contra verba: non debet cessare tam leui ter, vt Decius & sequaces volebāt ob dictionem, omnes, vel omnia. quod colligitur ex text. in l. si mihi me uia. 90. §. i. & fin. de leg. 3. ex text. in l. quintus. §. i. & l. pediculis. §. item cum quæreretur. ff. de auro. & argē, leg. ex text. in l. quidam hæredem. ff. de vino triti. lega. ex text. in l. Quæ situm. §. penult. ff. de fund. instruēt. quæ iura obseruaui, aliaque expendi possent: vt caueant iudices in praxi ab errore Decij totque insignium virorum in re quotidiana. vt etiā aduertant iuris periti nō esse tantum tribuendum argumento à verbis generalibus, vt superius retuli & tradit Zafius. lib. i. respon. c. i. & ita imponimus finem primæ parti huius Rubricę. in qua beneuolus lector ignoscet prolixitati, præsertim multis vtilibus coniunctæ.

## SUMMARIUM.



- 1 Gitur de patria potestate ex qua liberi patribus acquirunt.
- 2 Id ius matribus non concedum.
- 3 Patria potestas magis a iure civili est secundum Bart. & communem sententiam.
- 4 Potestas patria saepe in iure designatur ex nomine, sacris.
- 5 Explicatur verba. I. C. in. §. i. l. i. ff. de rei vend.
- 6 Ponitur differentia inter patrem & matrem. & Tractatur intellectus l. pen. ff. de fideicommiss. liber.
- 7 Agitur de litera & sensu. l. i. §. pietas. ff. de libere hom. Exhib.
- 8 Ostenditur aliquando utilius agi cum liberis illegitimus.
- 9 Tractatur de verbis. Ic. & Iustiniani du tractant patriam potestatem ciuium Romanorum esse.
- 10 Saluator & explicatur gl. à multis commenda apluribus reiecta. m. §. i. Inst. de patr. pot.
- 11 Defenditur & explicatur princi. inst. de patr. pot.
- 12 Proponitur & soluitur difficultas circa ius patriæ potestatis in regnis nō subditis imperio.
- 13 Agitur plene de intellectu lit. C. de iure liber.
- 14 Examinatur allegatio nobilissimi Antonij Augustini.
- 15 Proponitur locus Alciati, quem Duarenus reprehendit agiturque de eius veritate.
- 16 Reicitur intellectus doctissimi Duare. ad. d. l. i.
- 17 Agitur de antiquo iure liberos occidendi.
- 18 Explicatur l. 2. ff. ad l. Corn. de siccari.
- 19 De potestate patris occidendi filiam adulterā aliqua explicantur.
- 20 Circa potestatē patris vendendi liberos ob necessitate & de intellectu. l. 2. C. de patrib. qui. fil. distra.
- 21 Proponitur difficultas aduersus quandam communem sententiam in materia illius. l.
- 22 Sustinetur omnibus & respondetur difficultati.
- 23 D. l. 2. continere effectum patriæ potestatis secundum communem.

# R V B R. C. D E B O N. M A T.

- 24 Repercitur opinio quedam Rebus circa illam legē.
- 25 Proponitur communis circa eandem l. sed probatur contraria sententia vt illa lex. procedat in permutatione & nu. 26. Vbi aliqua non vulgaria tractantur.
- 27 Contra Bald. & Salic ampliatur illa l. ab idē titate rationis.
- 28 Agitur de litera illius l. verb. sanguinolentus.
- 29 Ostenditur magnus effectus, qui resultaret in materia dictæ l. retenta litera, sanguinolentos.
- 30 Agitur de alio effectu patriæ potestatis.
- 31 Explicatur sensus l. 3. C. de pat. pot.
- 32 Tractatur exactissime materia l. milites a grum. §. desertorem ff. de re mil.
- 33 Ponuntur ampliations receptæ ad illum. §.
- 34 Limitatur nouè decisio illius. §.
- 35 Ostenditur decisionem illius. §. incautè a Docto. ampliatam, nec facile trahendam esse ad alia crimina.
- 36 Tractatur alijs effectus patriæ potestatis circa suitatem & expenduntur aliqua iura.
- 37 Circa posthumos tractantur aliqua non negligenda & de intellectu. §. posthumi inst. de here. quæ ab intest.
- 38 Aliqua de suis heredibus breuijssimè.
- 39 Contra communem probatur opinio nouiorū quæ Cumæ & Fulg. fuit vt suis heredibus non negetur vsu capiendi ius titulo pro herede.
- 40 Explicatur. Verus sensus l. 2. §. filium. ff. eod.
- 41 Agitur de Intellectu. l. nihil. C. pro hær.
- 42 Proponitur noua difficultas aduersus opinionem Raph. & Vigly quæ utiliter resolutur.
- 43 Ponuntur aliquæ ampliations ad d. l. nihil. C. pro hær. secundum verum intellectum.
- 44 Tractatur declaratio Bal. in Rubrica de præsc. & probatur quod Ias. tentauit contra communem.

## SECUNDAPARS.



**E C V N D V M**  
præludium necessarium his legibus  
& alijs innumeris  
quæ agunt de acquisitione quæ fit patribus per liberos, est patria potestas: quæ est basis ac fundamentum huius acquisitionis, vt in l. 1. infra eodem & lege cum oportet infra titulo proxim. & Institut. per quas person. nob. acquir. idque probat Iureconsul. in leg. patre furioso, in fine. ff. de his qui sunt sui vel alijs iur.

Patria autem potestas tantum datur in libero sex iustis nuptijs procreatos. l. 3. ff. eodē tit. De his qui sunt sui vel alijs iur. & §. 1. Institut. de patr. potestat. vt inde constet filios spurios, vel naturales tantum, vel alios non legitimè natos, non esse sub potestate patris: quod omnes Doctores vbiique tradunt, & probat textus in l. lex naturæ. ff. de stat. hominum cum multis alijs.

Itaque id ius Matri non est concessum, nec expediebat, multas ob rationes quæ passim ex scribenti bus colliguntur: nec est nouum in iure, in plurimis articulis, deterioris esse conditionis foemineum sexum. l. in multis. ff. de statu. hominū ubi Albe. ample ornat, & Philip. Deci. in l. 2. ff. de reg. iur. prius notabiliter speculat. in titul. de procura. in princip. & post eos Cerier. de pri

notabiliter speculat. in titul. de pro-  
cura. in princ. & post eos Cerier. de  
primogenit. lib. 7. q. 20.

**3** Dicitur autē patria potestas inuēta  
iure Ciuali, secundū omnes post Bar.  
in l. itē in potestate. ff. de his qui sunt  
sui vel alie. iur. per tex. ibi: fuitq; mo-  
ribus recepta, vt dicit text. in d. l. pa-  
tre furioso, Bart. in l. frater à fratre,  
n. 12. ff. de condic̄t. in deb. omnes in.  
d. §. 1. Institu. de patr. potesta. & No-  
uel. in Rub. ff. de verbo. obliga. n. 15.  
Hispan. Segura, in l. Imperator, nu-  
10. ff. ad trebellia.

**4** Filius verò in potestate dicitur in  
sacris paternis esse, & ita multæ le-  
ges loquuntur, vt l. si viua matre, in-  
fr. eod. & l. filiæ sup. de collatio. & a  
libi sæpe, vt curiosè tradit Fracis. Du-  
aren. in commentariis solut. matri-  
mon. capitu. de nuptijs in princip.  
Cur autē dicerentur sacra in hoc ar-  
ticulo, explicat Balduin. in Rub. In-  
stitu. de patr. potesta. & prius Alciat.  
in libr. 1. prætermissor. in verbo sa-  
cra: quem sequitur Sylvestr. Aldo-  
brand. in §. 1. nu. 33. Institut. de patr.  
potesta. quibus non relatis, aliter vi-  
detur sentire Forcatul. in sua Nacio-  
man. Dialo. 15. num. 1. & Connan. in  
commentar. iuris ciuil. libro. 2. cap.  
13. ad fin.

Effectus autem varios patriæ potesta-  
tis concessit glos. in princ. Institu. de  
patr. potesta. vbi Angel. addit, & la-  
tius Aldobrandin. & Corras. in l.  
qui liberos, col. 2. & sequen. ff. de rit.  
nuptiar. Sed nos omissis multis leui-

bus quæ illi tradunt de patria po-  
testate, procedemus inferendo ad ali-  
qua iura, & explicando ea quæ vi-  
debantur utiliora, & difficilia.

Ex his igitur iuris principijs infer-  
tur ad text. l. 1. §. per hanc. ff. de rei vē-  
dica. vbi Vlpian. tradit patrem non  
posse vendicare filiū simpliciter. &  
est sensus, quia ea vendicatio p̄suppo-  
nit dominium. l. in rem. eod. titul.  
& dominium est de iure gentium.  
l. 1. ff. de acquir. rer. domin. patria au-  
tem potestas non facit patrem do-  
minum: nec si faceret, id esset iure gé-  
tium, sed Ciuali vt sup. vnde subdit  
tex. in d. §. secundum sententiam pō-  
po. recte patrem agere & vendicare  
filium, si addat se petere ex iure Ro-  
mano vel lege quiritū: & ita melius  
tex. ille intelligit quā ex dictis per gl.  
Bar. & Angel. ibi, cū traditis à glof.  
1. in §. præjudiciales, Institu. de A-  
ction. vbi tamen ex Ange. num. 6. ex  
Ias. nu. 34 colliget tex. illum ad alias  
personas trahi.

Sed illa vendicatio Matri non da-  
tur Idem in actione furti quæ patri-  
tantum, non Matri datur. l. si filius  
famil. 30. cum sequen. ff. de furt. idē  
in interdicto de liberis exhibendis,  
quod pro liberis in potestate tan-  
tum datur. l. 1. ff. de liber. exhibend.  
Aliud autem interdictum fauore li-  
bertatis, omnibus concediutr, vt ex-  
hibeat personam libera, iuxta l. 1. ff.  
de liber. homi. exhiben. Et hinc in-  
telligetur text. in quo glof. variat. &  
laborat, in lege penultima. ff. de fi-

dei

R V B R. C. D E B O N. M A T;

in causa filij : gl. putat ibi videri Matri concedi vendicationem , de qua in.d.l.i. § . per hanc. quod cum verū esse non posset, quia illa vendicatio datur iure patriæ potestatis , variat glo. nec resolutus in.d.l. penult. tu dic iure consultum ibi non agere de vendicatione, sed vt Mater audiatur in causa libertatis filij, maximè vbi filij cetas vel absentia eū impediret, pro libertate autē nō solū Matri sed etiā extraneis agere licet, vt in.d.l.i. ff. de lib. homi. exhibē. quod nō percepit Alb. in.d.l.i. § . per hāc. dū citās illam. l. penul. dicit ibi specialem limitationem poni ad. d.l. mater. cum verius sit ibi non agi de actione furti. sed de assērenda libertate filij. est autem aduertēdum ad tex. in.d.l.i. ver si. pietas. ff. deliber. exhib. vbi excusatur parens qui retinet filium , & si non habeat in eo ius patriæ potestatis, & plures libri habēt literam, pietas gemina, & glo. exponit non absurdē vt in parente dicatur gemina pietas. quia altera est communis hominum inter se, altera peculiaris parentum & liberorum, & ita Alberi. ibi: idē Albe. in prohē. digestorum. § . discipuli, nu 23. & pro illa pietate & affectione communi inter homines, facit text. in.l. seruus ea lege, ad fin. ff. de seru. exportand. ibi, beneficio affici hominem intersit hominis : & gemina pro duplice habetur in.l.fin. C. de malefic. & Mathemat. Sed aliter legendum dixit Alciat. vt sit litera, genuina pietas, pro natura

li & peculiari parentum. ita Alcia. libr. 4. de verbo. signific. & in tracta. præsumptio. Regul. i. præsumpt. ii. Sed idem Alcia. lib. 10. parerg. capit, 20. probat literam communem cū expositione glof. retractans id quod prius scripserat. Nunc autem aliqui codices, qui dicuntur emendati iuxta pandectas Florentinas habent gemina, vt Alciat. emendabat. Vtrunque autem stare potest. & pro expositione gloss. adde conducere verba tex. in.l. at si quis. § . sed interdum. ff. de religios. & sumpt. funer. ibi pietatis vbi illa vox etiā ponitur erga extraneos, vnde nimirum si in parente dicit possit gemina.

8 Ex dictis autem iuribus & recepta sententia circa patriam potestatem , infertur quod aliquando quo ad lucrum & commodum pecuniarium, filius illegitimus est melioris conditionis quam suscepitus ex iustis nuptijs: hic enim sub potestate patris est. patreque acquirit: ille autē sibi. non patri. Et interdum succedit in parte bonorum , ex multis legib. C. de natural. liber. Obseruat eleganter Alcia. libr. 4. parerg. capit. 5. Sed & apud Lusitanos est lex quæ in casu quodam, filium naturalem omnino æquat legitime natis, tam ab intestato, quam contra testamentum: libr. 4. titul. 71.

9 Ex eisdem iurib. habetur , patria potestatem proprium esse ius Ciuiū Romanorum: atq; inde glof. infert, in.d. § . i. institu. de patr. potesta. Gallos &

Ios & alias gentes nō habere hoc ius patriæ potestatis: idque videtur colligi ex verbis Iustiniani ibi, cūiusverba deducuntur ex Caio & Vlpiano, in.l.3.&.4.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Connан.autem.d.loco contendit Iustinianum non recte transcripsisse verba illa Iurisconsulti in hoc articulo, nā ex.I.C.(inquit ipse) non excluduntur aliæ nationes à iure patriæ potestatis, licet eam propriam dicat Ciuitum Romanorum: & ait proprium appellari: ideo, quia non acceptum ab alijs: non autē proprium vt non sit apud alios. Sed non aduertit eundem sensum congruere re posse verbis Iustiniani, quem assignat verbis.I.C.Id autem tradit Connan. & ante & post eum aliqui ex nouioribus, quia legitur apud Cxsarē in Commentarijs, & apud alios priſcos, fuisse & alijs nationibus hoc ius patriæ potestatis in liberos. Syluest. in.d.princ.Institut.de patr. potesta. Costalius in.l.3.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur . Balduin.ad.ll.Romuli. Sed negari non potest fuisse aliquid in hoc speciale Romanis, quod alijs nationibus ita commune non esset: idque mihi probat.d.l.1.¶.per hanc. ff.de rei yendica. cuius sensus aliter non constaret:dum pro signo peculiari ī patria potestate ait, de iure Romi.vel.l.Quiritū & ita pbat tex.in c.ius quiritū.1.distin.facit quod ex Plinio refert Balduin.in.d.princInsti.de pat.potesta. & Iustinianns nō negat prorsus illud ius alijs gētibus:

sed dicit non talem esse apud alios homines patriam potestatem, qualē Romani habebāt: quod elegāter cōprobatur: quia viri Galli doctis.nostrā tempestate scripserūt, apud eos ex antiquissima consuetudine filios nō acquirere patribus, nec inter eos impediri conuentiones & iuditia: vt fatetur Connan.lib.2.cap.13.in fin. Costali. & Eguinari.in.d.l.3. ff. de his qui sūt sui vel alie.iur. Tiraquel. de Retract.¶.1.gl.9.nu.60.& Chaf. in consuetudi.fol.219.col.1.num.4. Ideoque in hunc sensum saluabitur glo.d.princip.Institut.de patr.potesta.dum dicit Gallos & alios non habere hanc patriam potestatem, quā glof.plures probant & extollunt, vt Alex.in.l.penult.C.qui testim.face. poss.Iaf.in.l.2.nu.19.ff.de vulga.& pup.Hispan.Segura.in.l.Imperator n.97.ff.ad Trebellia.vbi alios refert & omnes citant Bal qui gl.illam pro bauit.licet Syluest.ibi, & alij alibi in distincte glo.reprobent , vt facit Galiaul.in Rubri.ff.de verbor.obliga. nu.187.& Lancell.Polit.in tract. pu pupil.substitu.& Ripa.in.l.2.nu.21. ff.de vulga.& pupil.& prius Philip. Dec.in.l.qui se patris,nu.4.C.vnde liber.& ibi Fabius nu.34.in quo sēpē numero lapsi sunt Alex. & Iaf.puntantes quod apud Gallos & alias nationes, pater non posset substituere pupillariter filijs. & filios familiās in distincte posse testari. quod melius aduertunt Deci.Galiaul.Syluestr.& alij ex sup.citatis,& Andr.ab Exea. de paet.

R V B R . C . D E B O N . M A T .

de pa&t.nu.492.Corasi.in.l.si testamento nume.19.C.de impub.& ali. quod examinare superuacaneum iu dicauit Zafsi.in tract.pupilla, cum tam en in iure & in praxi necessariū es set & ita contra illam glo.fuisse iudicatum, tradit Chass.in consuetudi. Burgund.Rubri.6.¶.3.fol.213.col.1. nu.21.Qua in remalē se explicat Be nedict.in.c.Raynacius,in ver.si abs que liberis,in.2.de pupil.substi.nu. 38.deceptus ex illa glos.quam extollit:& idem in.d.c.in verb.matrem, nume.22.

11 Possit etiam dici(& forsitan me lius) contra Connan. & aliquos ex sup.citatis,quod Iustiniānus in.d.¶. 1.Institu.de patr.potesta.non ponit verba quę Gallis vel alijs nationibus adimant aliquid quod ex verbis Iu reconsulti illis competere posset: im mō fauorabilius loquatur,quia dum Ciuiibus Romanis patriani potesta té tribuit,intelligi debet sensisse de omnibus subditis Romano imperio, vt iam ert Galli & Hispani:qđ generaliter tradit glos.in.d.l.3.ff. de his qui sunt sui,maximē post constitutiōne Antonini,quę id voluit, vt in.l.in Orbe Ro.17.ff.de stat.homi. quam non citauit glo.d.l.3.quia glo. habuit literam,in vrbe, vera autem litera est in Orbe,vt admonuit Al cia.libr.2.dispunct.capitu.21.quem in hoc laudat Cagnol in.l.2.numie. 128.ff.de orig.iur.refert & sequitur Costali,in.d.l.in Orbe,& Syluestr. Institut.de patr.potest.idē in princi.

Institu.de excusa.tutor.nu.19.in fin. & Fabius.d.l qui se patris nu.34.An dre.ab Exea in.d.loco. Corasi. etiā ubi supra tacito Alciat. Ripa etiam. in.d.l.2.nu.21.&.Baro. in.d.l.in or be,& ibi Vaccensis. Idē repetit Al cia.lib.4.parerg.cap.5.idem Alciat. in.l.potestatis.215.ff.de verb.signifi. comprobat Anton.Augusti.in libr. singul.ad Modestinum, post emen dationes,pagi.320.

12 Sed cum hodie non absit Roma num illud imperium, nec Orbis ille Romanus.Regesque Galliæ,Hispaniæ,Lusitaniæ, & alijs,non recognoscant superiorem,dubitari possit ex sup.dictis,an in his prouincijs detur ius patriæ potestatis: quia non sunt Orbis Romani,nec homines earum possunt appellari ciues Romani.Sed dubitandum non est,quia vſu moribusque in his prouincijs recepta est patria potestas,non secus ac olim apud Romanos,dicit text.in.d.l.pa tre furioso. & in eisdem prouincijs ex voluntate Regum, receptæ sunt leges nostræ:atque ius quod profite mur & commune appellamus, non ob authoritatem vel potestatem, sed propter rationem.vt tradit Hispan. à Palac.Ruui.in princ.sue repetit.n. 16.Mathæ.de Afflict.in prælud.con stituit.Neapol.in.1.q.& in.2.q.nu. 4.voluit Bal.in.c.fin.col.4.num.25. de cōfuetu. Potest præterea dici,qđ cum Reges approbent ius commu ne,quatenuseorum cōstitutionibus non abrogatur, videatur ipsum ius commu-

commune in Regnis freuari ut Regium, ob approbationem principū iuxta.l.i.versi. omnia enim.C.de veter.iur.enuclē.de qua approbatione apud Lusitanos est lex.in libr.2. titul.5.apud Hispan.l.i.Tauri.

O Ex his infertur ad intellectū tex. in.l.i.C.de de iur.libe.vbi Hono.& Theodos.aa.omnibus concedunt ea lege ius liberorum, vt amplius nō sit necessarium illud petere.glo.ibi variat quid sit ius liberorum: & primo intelligit de patria patestate: sed hoc reiecto,intelligit secundò de iure succedendi emācipatis,& hoc sequitur Bal.ibi,alij nihil scribunt. At hæc interpretatio non congruit literæ, nec pater erat destitutus iure succedendi emancipatis, vt in.l.i.cum sequent. ff.si quis à parent.fuer.manumis. & parentum successio antiqua erat.l. nam & si parentibus.ff.de inofficio. testā. Prima expositio glof.bene'congruit verbis illius legis quam explicò vt sit sensus,quòd omnes subditi Romano imperio,habeāt ius patriæ potestatis: id enim non improprie potest dici ius liberorū, quod iuuatur quia id ius solebat à principibus peti, vt ex Plinio tradit Balduin.in.d.princip.de patria potestat.ne autem præcibus petatur id concedit generaliter omnibus lex illa ab Honorio & Theodos.condita.Sed facit difficultatem quod superius diximus ex Alcia.& nouioribus,ad.l.in orbe ff.de stat.homi.videbatur enim id iam concessum generaliter ex lege Antoni.

ni,qui longo temporeante Honor. & Theodos.imperauit. Responderi tamen potest huic difficultati, quòd Antonin.non tam clarè locutus fuerat circa ius patriæ potestatis, vt patet ex.d.l.in orbe.& forsitan non erat ita generaliter moribus receptum,nec tam sine dubio, vt colligi potest ex.l.i.cum suis. §§.ff.de Cenfib.&l.6.eod.titu.vbi plures subditati Roman Imperij, specialiter donāturi iure Italico, & in alijs subditis fit differentia:& ex Iurecōsultor.nominibus in illo titulo colliges id fuisse post Antoninum:maximè ex.l.fina. ff.eodem.vbi refert ipsum Antoninum. Video tamen in illis legib. agi de bonis & priuilegijs circa ca , nos hīc de personis. Nec nouum est vt antiquiores constitutiones nouè promulgētur & repetantur, quod non raro facit Iustiniianus,vt dicemus in.l.i.infr.eod.& l.cum oportet,infr.titu.sequen.Idq; in concilijs ecclesiasticis sæpe inuenit : licet aliter intelligent Alciat. & Duaren.proximè referendi.

Anton.autem Augustin.vir nobilissimus & doctiss.in libro singulari ad Modestin.post diligentissimas suas eméditiones,pagi.320.circa hæc dicit Constantimum & Theodos.omnibus concessisse ius liberorum,non autem explicat quod sit illud ius.Et refert id statutum à Constantin.& Theodos.cum sit lex Honor.& Theodos.Alia autem lex Cōstātin.& Theodos.est.l.i.titu.præce

C den.

den. C. de infirman. pœn. cæliba. vbi abrogatur durities & poena quæ erat circa bona & successionem contra cælibes: & l. 2. eiusdem titul. corrigitur & aboletur dura lex Papia, quæ similiter mulctabat in parte bonorum, & aufferebat ius succedendivel capiendi relicta coniugatis, qui sobolem non procreassent: ad quam alludit Iuuenal. loquens de uxore in vi-  
rum, Iura parentis habes propter me scriberis hæres. legatum omne capis nec non & dulce caducum: de qua le-  
ge tractat Alciat. libr. 3. dispuñt. ca.  
2. & in l. ter enixa. ff. de verb. signi.  
Connan. libr. 8. cap. 1. ad fin. & Dua-  
ren. libr. 1. disputa. cap. 40.

15 Alcia. autem in d. l. ter enixa, vi-  
detur scribere, quod per leges illas Theodosij, Honor. & Iustinia. extin-  
cta sint priuilegia concessa habenti-  
bus liberos, & æquatos eos qui sobo-  
lem non habent, eis qui liberos pro-  
crearunt: quod merito & recte re-  
præhendit Duaren. in d. capi. 40. ad  
fin. ostendens priuilegia concessa ha-  
bentibus liberos hodie durare, post  
illas leges, vt Institut. de excusatio.  
tutor. in princip. vbi Balduin. idem  
tradit, & Syluest. per l. 1. C. qui nu-  
me. liber. se excus. cum alijs quæ ci-  
tant. Illæ enim leges pœnas tantum  
abrogarunt, quæ antea erant in cæli-  
bes & non habentes prolem, non ve-  
rò abrogant priuilegia habentium  
liberos. cum intersit Reipub. liberis  
hominibus eam repleri. l. 1. ff. solut.  
matrim. l. cum ratio. ff. de bon. dán.

vel portion. quæ liber. damna. cōced.  
vbi refert Iurecons. sententiam diui  
Adriani dicentis: ampliari imperiū  
potius hominū adiectione quam pe-  
cuniarum copia malim. Credi-  
derim verò doctiss. Alcia. non sensif-  
se id in quo repræhenditur à Duare-  
no, esset nāmque crassus error: Ver-  
ba Alcia. emendari debent, vt sit  
sensus: hodie per illas leges subla-  
tas esse pœnas eis qui prolem non su-  
sciperint, & quatosque prolem habé-  
tibus, quo ad habilitatem succeden-  
di & capiendi relicta: non autē adem-  
pta priuilegia concessa habentibus  
liberos: & inde inferri posset ad ve-  
rum sensum. l. 1. C. de sacrosanc. Ec-  
cles. contra vulgarem intellect. om-  
nium ferè Doctor. tradentium, ibi  
concedi testandi facultatem abdica-  
tis solennibus, fauore piæ causæ: cum  
tantum lex illa concederit faculta-  
tem relinquendi Ecclesijs, quod ante-  
tea non permittebatur, vt ibi melius  
aduertit Alciat. & non latuit Bald. vt  
tradit Ferret. in l. de statu. ff. de testa-  
men. in fin.

16 Duaren. in d. capi. 40. ad fin. non  
discutiens interpretationem glossi,  
ad d. l. 1. C. de iur. liberor. (nec rela-  
ta glos.) nouè aliter intelligit: vt lex  
illa ibi statuat eos qui numerum libe-  
rorum habuerint, ad priuilegia & ex-  
cusationes, lege ipsa tutos fore, nec  
indigere præcibus: quod non sine co-  
lore probare nititur. Sed hæc inter-  
pretatio mihi non placet, tum quia  
non satis congruit literæ, nulla enim

ibi fit mentio de numero liberorum  
vt appareat ibi aliud agi: tum quia  
in l. sequent. & in titul. ibi præce-  
dente, agitur de non habentibus li-  
beros, vel certum numerum libero-  
rum, cum quibus durius agebant le-  
ges antiquæ: & sic vbi adesset nume-  
rus liberorum, cessabat rigor illa-  
rum legum, & dabatur fauor seu pri-  
uilegium antè Theodosium & Ho-  
norium, multis legibus expressis,  
absque præcibus principi obla-  
tis, vt in l. 2. ff. de excusa. tutor.  
& in l. 2. ff. de minorib. l. ad rem-  
publ. ff. de muner. & honor. l. sem-  
per. §. demonstratur ff. de iure. im-  
munit. Et si bene aduertas, com-  
peries magis necessarium fuisse a-  
pud veteres Romanos, & in initio  
imperi fixa certaque esse priuilegia,  
liberos procreantium: vt hominum  
numero & adiectione cresceret po-  
tentia Reipub. quod ex Tito Iuio  
in multis locis depræhendi potest:  
idcirco placet magis interpretatio  
quam superius ex mente gloss. com-  
probauimus.

17 Inter effectus verò patræ pote-  
statis erat antiquitus, vt pater pos-  
set liberos occidere: vt refert Iure  
consul. in l. in suis. ff. de liber. & post  
hui. & Imperator in l. fina. C. de pa-  
tr. potesta. & lex Romuli habebat:  
parentū in liberos omne ius esto, rel-  
legandi, vendendi, occidendi: quam  
vt. 17. in ordine commentatur Bal-  
duin. Et constat ex historijs, non se-  
melpa: res vsos fuisse ea lege & pote-

state liberos occidendi, maximè ob  
disciplinā militarem, & utilitatem  
Reipubl. vt refert Bude. in l. 2. ff. ad  
leg. Cornel. de Sicari. qui etiam ci-  
tra causam Reipubl. ob solius pudi-  
citiæ respectum: refert Iurecons. in.  
l. 2. in. §. initium. ff. de origi. iur. Vir-  
ginium quendam occidisse filiam in  
fontem. Sed illa potestas antiquata  
est, & ideo illa iura non amplius lice-  
re, sed licuisse olim dicunt: vt decla-  
rat Bar. in l. diuus, ante. n. 1. ibi vel ve-  
rius. ff. ad l. Pompe. de parric. Idque  
etiam in dominis erga seruos sanc-  
tum: ne occidere neque fæuire in eos  
liceat. l. 1. in. fin. cum. l. sequen. ff. de  
his quis sunt sui vel alie. iur. Ex quo  
infertur ad intellectū. d. l. 2. ff. ad leg.  
Cornel. de sicar. vbi glos. Bar. & alij.  
variabant, meliusque ibi explicat  
Bude. Ultra quos omnes aduerte,  
quod ex illa lege à contrario posset  
colligi, vt pater auditum & se defen-  
denti filium posset eo tempore ec-  
cidere, qđ ibi videtur concedere Bu-  
de. & Ioan. Corasi. in l. filium quem  
habentem. nu. 80. C. famil. erciscūd.  
Sed non est admitte: dum id argu-  
mentum à sensu contrario, in Vlpia  
no illius legis authore, suis enim tem-  
poribus secundum Bar. ibi, non erat  
iam illa potestas patri, occidendi li-  
beros, vt constat ex iutib. allegatis &  
d. l. diuus. ff. ad leg. Pompe. de parri-  
cid. notat glos. recepta in d. l. in suis.

Nec pater poterat cognoscere de  
causis vel criminibus filiorum iuxta  
regulam. l. qui iurisdictioni. ff. de iu-

R V B R. C. D E B O N. M A T.

isid. omni. iudic. probat tex. in. l. 3. C.  
de patr. potes. Vnde ad. d. l. 2. dici po-  
test Vlpianum ibi non solum occi-  
dendi potestatem, sed etiam audien-  
di & cognoscendi patri omnino su-  
blatam sentire: ideoque apud præsi-  
dem vel præfectum accusationem  
tantum permittere, sicut in. d. 3. C.  
de patr. potesta. Posteriores enim le-  
ges semper minuerunt patribus ius  
potestatis, fauendo liberis: vt tradit  
Æmili Ferret. in. d. l. filium quæ ha-  
bentem, n. 120. C. famil. erciscun. &  
latius ibi Corasi. ex nu. 79.

Ex illa tamē antiqua patrum po-  
testate occidendi liberos, vestigium  
adhuc durat vno casu, in filia adulte-  
ra, quam occidere patri permittitur:  
idque ratione patriæ potestatis, quæ  
iure communi manebat etiam in li-  
beros coniugatos, vt probant innu-  
mera iura, quæ citat Tiraquel. in tra-  
cta. de iure marital. in prin. & nos tra-  
stabimus in. l. cum oportet. Probat  
l. 1. §. fina. ff. de liber. exhibend. l. in-  
ter liberos. §. filius familiæ maritus.  
ff. ad leg. Iuli. de adulteri. Patri igi-  
tur tantum habenti filiam in potesta-  
te, mansit ius occidendi filiam adulte-  
ram. l. patri. 20. ff. ad leg. Iuli. de adul-  
ter. Eam autem potestate occidendi  
lex appellat ibi, iusoccidendi: & d.  
lex Romuli: quod notabis pro Ias.  
in. l. 1. §. vsufructuarius, num. 4. ff. de  
nou. oper. nuntia. melius etiā id pro-  
bat tex. in. l. nec in ea. 22. ff. eod. Et ita  
datur alius effectus patriæ potestatis,  
vltra congestos à glof. Nam cessante

patria potestate, non posset pater  
cidere filiam adulteram, vt volunt il-  
la iura: traditq; Cagnol. in Rubri.  
ff. de inofficio. testamē. n. 2. & Chass.  
in consuetu. Burg. rub. 4. §. 1. nu. 20.  
& de illa potestate eo casu, agit no-  
tanter Hispan. Couas Ruui. in libr.  
desponsal. 2. parte, cap. 7. ex. n. 2. hūc  
autem casum dicit specialem Bar. in  
l. 2. ff. ad. l. corne. de fccar.

Potestas autem vendendi liberos  
abrogata est, & vno tantum casu per-  
missa ab Imperatorib. ob famem  
summiamque patris necessitatem,  
vt. l. 2. C. de patrib. qui fili. distra-  
xe. circa quam aduertas, quòd licet.  
l. 1. loquatur de parentibus, & eadē  
lex vtatur verbo communi, si quis:  
quod posset etiam compræhendere  
Matrem, vt. l. 1. ff. de verb. signifi.

Tamē gl. recepta ibi ab oībus, in-  
telligit illud ius sibi patri non Matri  
competere: ita etiam glo. & com:mu-  
nis in. d. princi. Institut. de patria po-  
testa. vbi Syluest. id afferit receptum  
nu. 17. & ita Alberi. Bal. Salycet. &  
reliqui in. d. l. 2. vbi Bal. nu. 1. aduertit  
illud ius forsitan emanasse ex antiqua  
occidendi potestate, iuncta ratione  
sanguinis, & incomparabili illa cau-  
sa necessitatis: & cum Bal. Coras. in  
l. qui liberos, num. 14. ff. de rit. nupti.  
Vides igitur ex glo. & Docto. illam  
l. de Matre non intelligi: quod etiam  
asseruit Brun. in suo copioso tract. de  
statut. excluden. fœmin. quem refert  
& sequitur in hoc Rebūf. in tracta. de  
priuilegi. Scholastico. priuileg. 177.  
nu. 5.

num. 5. est. in. II. volu.

21 Sed hæc opin. gl. & omnium Doct. non omnino tuta videtur, posset q; contrarium suaderi. Primo ex verbis tex. ibi, & l. præcedentis, quæ etiā matri congruunt, & in dubio omnis effectus & sensus sumedus est, qui ex verbis colligi potest. l. Gallus §. 1. ff. de liber. & posthu. tex. & Aretin. in. l. cum lege. ff. de testam. ad hanc opinionem conducere posset, quod in illis legib. non sit mentio patriæ potestatis; causa autem illa necessitatis, & ratio sanguinis, & que pro matre vrgét, cuius est eadem pietas, vel omnino esse debet: vt in. l. 4. ff. de curato. furios. eademq; reuerentia: vt in. l. fin. C. de in ius vocan. & l. 4. versic. parentes. ff. eod. & vnà omnibus parétab. seruanda reuerentia: vt dicit tex. in. l. parentes. 5. ff. eod. titul. facit. l. in coniunctione. C. de nupti. q; si dilectionem & merita respicias, nihil est quod liberi Matribus non debeant. c. fi. de conuers. infide. latè Gomet. in. § fuerat. Inst. de actio. col. 1. & 2. quod quidem multis ornari posset ex nostris legib. & ex sacra pagina, alijsq; passim scriptorib. facit. l. propter insidias. ibi, pietas & ratio naturalis. C. qui accusa. non possit.

22 Sed his non obstantib mihi vide tur tenenda opin. gl. & communis ad illā. l. vt non procedat in Matre: tum quia ille effectus patriæ potestatis videtur: potestas autem patris non Matris est in iure, vt patet ex. d. l. 4. ff. de curat. furios. cū alijs: tū quia ius illud

non solū in amore & ratione sanguinis: sed etiā in cōfilio ponē debuit, argu. d. l. nec in ea. ff. ad leg. iul. de adulterio. Consilium autem maris noscere minime est. l. 2. vbi latè Dec. ff. de regu. iur. colligitur ex. l. 1. ibi virorum. ff. de legibus. fœminæ autē fragiles sunt carūq; consiliū parum tutū, & saepē contra propria comoda laborat. l. penult. C. despōsal. facit. l. cum de indebito, verificu. si autem. ff. de probat. ibi minor vel mulier. Obimbecillitatē igitur, incōstantiāque fœminarū iusta videtur recepta opinio, vt potestas. d. l. 2. matribus non detur, sed patrib. tantū: qui maturius expēdēt negotiū, neq; enim facile mouebuntur vel fallentur: vt posset contingere in matribus. & ita de cōflic & constāti amore patris, sapientius iura nostra loquiūtur, vt latissime tradit Tiraquel. in. l. si vñquā, in princ. ex. n. 7. cū multis sequētib. C. de reuccā donat. Nō tamē cōpertū est, an maior sit amor paternus quam maternus: & dicunt plures vehemētius Matres diligere liberos, patres vero cōstantius, vt latè tradit Ioan. à Lignano, in libel. de Amicitia. q. quis magis diligat, fol. 12. col. 3. & nemine citato Anto. Vacca. in. l. 3. ad fin. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur.

23 Ex sup. deductis patet etiam, ex méte gl. & omnī Doct. l. illā nō procedere in filijs emancipatis, cū nō tantū ratiōe sanguinis & amoris, sed etiā potestatis, decisio illa procedat: ideo q; à gl. & Doct. cōmuniter inter esse

R V B R . C D E B O N M A T.

Etus patriæ potestatis cōnumeratur.

24 Circa.d.l.aliqua ex professo coligit Hispa. à Cou.Ruui.lib.3.resolut.c.14.cuius scripta nō opus est rescribere : sed addā aliqua vltra superius deducta. Nō omitendo q; petr.Rebaf.in.1.tomo cōstitu.Gallica.in proēmo gl.5.n.62.scribit.l.illā nō procedere apud Gallos, eò q; liberi eorū exempti sint à patria potestate: secundū gl.in prin: Instit.de patr.potesta. Sed labitur vir ille, & cōtradicit alijs scriptorib.Gallis, qui gl.lacerat, eò q; illis negauerit ius patriæ potestatis. Nec talis limitatio sustineri potest, at tenta consuetudine Europę, quę vbiq; recepit patriā potestatē, vt supērius deduximus: & ita est de mente gl.& omniū Doct.vt.l.illa procedat vniuersaliter in omnibus prouincijs, maximè vbi ius cōune, cōstitutionib. Regum approbatur: suadeturq; necessariō, si aliquis insistat authoritati d.gl.quia respōdebitur cā magis cōmuniter reprobata, vt sup.diximus: imò dicebat Alberi.in.d.l:2.nu.2. q; alię nationes præter Romanos, vide rētur etiā sine causa necessitatis posse vendere liberos, quod mihi non placet.nec Alberi.probat, quin potius ex sup.deductis, non distinguo inter Romanos & alias nationes.

25 In materia eiusdē.l.2. & in illo effectu patriæ potestatis, gl.ibi recepta ab omnibus,intelligit, vt illa decisio loquēs de vēditione, procedat magis in pignore: tradit Hispa.d.loco, & a lij sup.citati: sed specificè in permu-

tatione, nō habere locū , dicunt ibi Bal.n.4.& Saly cet.n.3.sic etiam concludunt Docto.cū glo.secundū Hispan.l.illam nō procedere ex aliqua alia causa simili, nec villo modo amplietur, etiā ex idētitate rationis , ita Sylues.in.d.prin.Insti.depatri.potes.

26 Sed hęc nō sunt tuta, nec carēt du bio, licet cum ijs simpliciter trāscat Hispa.vbi sup.putōq;.l.illā sine vio-lentia & sine extēsione, æque intelli-gendā in permutatione, vt scribit Pe-tr.Gama.in tracta.extēsio.n.101.Cu*ius* opinionē probo, quia in permuta-tione eadē est ratio, tā erga patrē quā erga filiū: ita subuenit patri permu-tādo sicut vendēdo: non est deterior cōditio filij, cōcessa permutatiōe. Et quod Bal. & alij arguūt, cōtra eos vrget: nā cū ibi agatur de causa famis & necessitatis, non est restringendū ius patris, cū forsitan contigerit nō occurrere emptorē, sed permutantē: vel cū permutare vtilius fuerit: alias maligna fieret interpretatio contra parētes, quod lex abhorret, vt.l.si ita stipulatus. §. Chrysogonus, ibi, neq; malignè accipiendū. ff.de verb.obligat. Sicut enim inter armia leges file re dicebat Marius apud Salustium, ita in illa tremenda necessitate nō o-portet sectari differentiā venditionis & permutationis. Hęc non cōsiderauit Gamar. quem citauimus, cuius opinionē prius scripsit Fulg. vno verbo.in.l.i.C. illo tit.dicens leges ibilo quentes de vēditione, ex vi verbitra hi ad quascunq; alienatiōes: per text. in.l.

in.l.statu liberi. ff de statu liber. Sed peccat argu. quia tex. ille loquitur se cundū antiquitatē, quę non distinxerat nomina cōventionū: vt melius a liā circa illā.l.statu liberi aduertit Ias. in.l.iurisgentiū col.3. ff. de pact. qđ alibilatius trado. Igitur tutius argueamus ex predictis considerationibus: simulq; iuuabitur hęc opin. ex text. in.l.sciendū. 19. §. penult. ff. de ædili. " edist. ibi emptorē accipere debemus " qui præcio emit: sed & si q̄s permutterit, dicendū est vtrunq; emptoris & venditoris loco haberī, de qua equiparatione latè Igne. in.l.3. §. si cōditioni, ex nu. 20. ff. ad Syllan. & illū tex. commendabat Crem. in notab. 158. Anto. à Burg. in.c. cum causa. n. 8. de empti. & vendi. Ias. in.l.fina. n. 3. ff. de condit. ob cauf.

27 Sic in eo quod Bal. & Salyce. sub iiciunt cum gl. in. d.l. 2. & Doct. in alijs locis citatis ab Hispa. & Syluest. magis placet, vt si detur similis cauſa, putā q̄ pater captus ab hostibus, sit occidendum, nisi certum prætiū derit, possit tunc distrahere filiū, ex proximè deductis: & quia militat ea dēratio, quę magis attēdi debet, etiā in materia nō fauorabili: vt colliges ex traditis à Bal. & alijs, per tex. ibi, in c. 1. §. porrò, quę sit prima cau. benef. amitten. cū relatis à Ias. in.l. cum qui dā, ex. n. 20. ff. de lib. & posthu. & in. l. fin. ff. de in ius vocan. Addo ad hoc Panor. in.c. fin. n. 10. de rescript. Feſſi. in prohe. Grego. col. 2. n. 9. & quæ tradit insignis Azpilcueta Nauarrus

